q Ui oculorũ volunt ſanitatẽ cuſtodire a ſole eſtiuo: ⁊ puluere: atqꝫ fumo ſibi canere debẽt. Ne etiã colores albos vel radioſa ſemꝑ inſpiciant: valde obſeruare debẽt: ac ne vnã rem ſicut pauefactus ſemꝑ intueaf cauere debent. ¶ Litteras qꝫ vel ſubtiles ſculpturas nequaq̃ꝫ aſpiciant. ¶ A multo p̾terea fletu: ⁊ a longa dormitatione poſt comeſtionem: omnino eſt abſtinendum: neqꝫ diu eſt morandum in loco vbi frigidus pflat ventus. A cibis etiam valde ſiccis: ſicut ſunt lentes: ⁊ res ſalſe: atqꝫ a frequẽti coitu omnino cauere debent. ¶ Viſus itidem impediunt frequens ebrietas: ⁊ vinũ ac cibaria croſſitiẽ habẽtia: acuta qꝫ ſicut cepe: ⁊ ſinapi: ⁊ eruca: atqꝫ allia: nec nõ ea que nocumẽtũ faciunt: ⁊ capitis adducunt dolorẽ: ſicut dactili ⁊ porri: ⁊ fenugrecum: ⁊ andacoca ⁊ oçimũ: cuius eſt pprietas: viſũ obfuſcare: ſi multa ex eo ſumaf quãtitas ⁊ frequens. Cau les qꝫ ac lentes ⁊ ſomnus multus: atqꝫ multe vigilie.

¶ Viſui autẽ iuuamẽtũ tribuuut: collirĩa lachrymas expellentia: ⁊ oculos in ſua ſanitate conſeruantia: ⁊ ne mali ad eos deſcendant humores phibentia: ſi aliquibus horis in oculis ponantur. ¶ Ad hoc qꝫ auxiliatur litium aqua ſolutum aliquotiens in menſe in oculis ponere. Hoc enĩ malos prohibet humores ad oculos deſcendere. ¶ Eſt preterea de eorum numero que oculos acuunt: aquã intrare claram: atqꝫ per magnũ ſpacium oculos in ea apertos tenere: hoc enim eos claros facit ⁊ rigidos. ¶ Multotiens qꝫ corroborantur oculi: cum aliquis librum incipit aſpicere: cuius littere nõ ſunt ſubtiles ⁊ intendere ceperit: quid in eo ſit: vel quid ſit in picturis. Quod autem conſeruat ſanitatem ⁊ abſterget: tuthia eſt cum ſucco ſanſuci confecta. ¶ Sunt etiam de his que oculos abſtergunt: vt recentis feniculi ſuccus: in oculis ponaf: vel collirium de malis granatis. Qđ. R. granatũ vnũ dulce: ⁊ aliđ valde acetoſum: deinde extrahatur vtriuſqꝫ ſuccus ſeparatĩ atqꝫ in duabus ampullis orificia habentibus opilata: ſub ſole a prima die iunij: vſqꝫ ad vltimam auguſti ſuſpendatur: et ſingulis menſibus qđ ſubtile fuerit ſemel euacuef et qđ croſſũ pijciatur. Poſtea vero de vnoqꝫ ptes ſumantur equales: ⁊ miſceantur. Et in vnaquaqꝫ huius commixtionis libra: pulueris aloes: piperis nigri ⁊ longi: ſalis amoniaci. ana. ℥. j. ponatur ſubtiliſſime tritorũ ⁊ reponaf. Hoc enĩ collirium quanto fuerit vetuſtius: tanto melius

erit. In quo stilus intingi debet: ⁊ sic ī oculis poni. Est ei mirabile in oculoꝝ abstersiōe. ¶Colliriū qđ oculorum conseruat sanitatē: ⁊ ipos ne cito suscipiant nocumēta: ꝓhibet. ℞. antimonij multotiēs aqua abluti: ⁊ postea per hebdomadam vnā aqua pluuiali lauet̄: necnō tuthie: similis fiat ablutio. Cui⁹ antimonij sit ꝑparati. ʒ. xx. tuthie. et cathimie ablutoꝝ vt dixim⁹ ana. ʒ. xij. marcasithe lauate. ʒ. viij. margaritaꝝ paruaꝝ nō pforataꝝ: coralli. an̄. ʒ ij. folij indi: croci orientalis. an̄. ʒ. j. cāphore. ʒ. tertia pars musci. ʒ. sexta pars lapides infil' ꝑ tres dies: cū aqua pluuiali terant̄: deinde oīa admisceant̄: ⁊ recōdantur: ⁊ in palpebris mane: ⁊ circa noctem ponantur.

¶De conseruatione sanitatis auriū. Cap. xxiij.

V T sordes que fiūt in auribus mūdificētur summo studio insistendū est sicut in capitulo de auriū sanatiōe: dicturi sum⁹: atqꝫ ne cibaria grossa edant̄ obseruandū. Quaqꝫ etiā hebdomada parū olei amigdalaꝝ amaraꝝ aurib⁹ est inijciendū. Qꝫ autē aures custodit ne doleāt: est frigido vēto longo tp̄e non opponi. ¶Est etiā sūmopere cauendū: ne aliqd eas ingrediat̄: ⁊ ne pustula in eis nascat̄ acuta. Qꝫ custodiri poterit. cū eius timet̄ aduētus: si postq̄ꝫ in facie acutas pustulas nasci videbis: aut in aure doloris ꝑncipium senseris: q cū capitis ardore: ac pustulis acutis in facie ⁊ circa faciē fit: soluas parū seif memithe in aceto: ⁊ in aurē ponas. Qđ si aure sana quaqꝫ hebdomada fiat: ipam ꝓhibet reumatismū incurrere. A fastidio quoqꝫ valde custodiri debent. ⁊ ne stomacho pleno dormiant.

¶De cautela egritudinum ab vno ad alium transeuntiū: Capitulum. xxiiij.

T Erra in qua antrax ⁊ pestilentia fiūt fugienda ē: quā si qs fugere nō poterit: ⁊ fuerit mansio vel exercitus in qbus ista fiūt: in loco altiori morari debet: locūqꝫ q vento supest infirmi eligere. ¶Egritudines vero q̄ de vno transeūt ad aliū: sūt lepra: ⁊ scabies: ⁊ ptisis ⁊ febr' pestilētial'. Que tūc accidūt: cū aliq ī mansionibus angustis cū hoibus ista patiētib⁹ vel sub vento sedent. Egritudo etiā oculoꝝ de vno ad aliū. si eū intuitus fuerit: transit. Pustule qꝫ male ⁊ multe de vno q̄nqꝫ ad aliū transeūt. ¶Est insup sūmopere obseruādum: vt ab oibus egritudinib⁹ malū habentib⁹ odorē sani elongentur: ac supra ventum sedeant.

¶De pestilentia ⁊ eius cautela. Cap. xxv.

P Estilentia plerūqꝫ in fine estatis ⁊ autūno accidere solet. Quapropter si in estate multe venerint pluuie: nubes qꝫ ⁊ pluuiarum mltitudo nocte ⁊ die ꝑmanserint: ac meridionales venti multu pflauerint: vel aer etiā ita ger⁹ sit vt nō moueat̄: ⁊ cū h̄ etiā meridioualis ventus: turbidus existat: a carne ⁊ vino ⁊ cōfectiōibus de melle factis: ⁊ a fructibus recentibus: ⁊ dulcib⁹ atqꝫ a balneo ⁊ lauacro aque calide: oīuo abstinendum erit. ¶In oī aūt comestione: aceto vtendū erit: ⁊ oīa in quibus acetum ponitur comedenda. ¶Rob qꝫ fructuū valde acetosorum ⁊ stipticoꝝ: sicut rob de succo vue acerbe: ⁊ succo ribes: ⁊ granatoꝝ acetosorum: ⁊ maloꝝ acetosorum: atqꝫ de succo sumach et acetositas citri sumenda erūt. ¶Sirupi ꝑterea acetosi multa q̄ntitas sepe bibenda erit. ¶Qꝫ si maxima necessitas carnē comedere cogat galline: ⁊ starne: ⁊ ꝑdices masculini sexus: edus qꝫ atqꝫ vitulus cū aceto ⁊ vue acerbe succo: et sumach ⁊ his similibus conditi: necnō charis: et hulem: ⁊ mosos edi debent. ¶Si autē in corpore sanguinis aliqua appareat motio: flebotomia absqꝫ mora insistendum. Mansiones qꝫ in quibus est sedendum: frigide esse debent: quarū porte ⁊ foramina a parte septentrionis sint aperta. Est eni possibile vt hoc vtētes regimine a pestiferi aeris dispositione: ⁊ variolis atqꝫ morbillo: necnon attrace ⁊ malis apostematibus: ac febre sinocha: deo auxiliante euadāt. ¶Preterea cum talis fuerit tp̄is dispositio infantes ⁊ iuuenes ac corpa habentes crossa: ⁊ colorē rubeū: plus alijs custodiēdi erunt. Qn̄ aūt in fine estatis multus fuerit calor: autumnus quoqꝫ valde siccus et multum puluerulentus extiterit: ac frigus ⁊ pluuia venire tardauerint: mansiones tunc infrigidande ⁊ humectā de pannis crossis aqua aspersis: atqꝫ appensis ⁊ aque in pauimēto dom⁹ rorationē erūt. ¶A labore qꝫ ⁊ coitu: abstinendum erit. Corpus ꝑterea aqua frigida lauandum et aqua niuis in potu sumēda. ¶Sauich etiā coctum in mane cū multa aqua: ⁊ pauco zucharo bibendū erit. ⁊ aq̄ in niue infrigidata potanda. ¶A cibis vero calefacientibus: ⁊ a a vino nisi multa frigida tp̄atū fuerit aq̄ cauendum. ¶De cucumeribus aūt ⁊ citrolis. atqꝫ cucurbita et portulaca. ⁊ his silibus multū erit edendū. ¶Summope qꝫ cauendū erit: ne in sole fiat sessio: neqꝫ ieiunet aliquis neqꝫ comestio tardet̄. sitis etiā nullo mō est toleranda.

¶Si qs vō ī meridie dormire voluerit. in locis quiescat frigidis. Cibaria qꝫ edant q̄ dixim⁹. Pisces aūt si comedere voluerint: sup carbones assatos edāt. Uuas qꝫ in quibus adhuc ē acetositas: sumāt. In tali vō tp̄e singulis diebus aquā bibere ordei multū cōfert. ⁊ ꝑcipue corpa calida habentibus ⁊ sicca. Hi eni hoc regimie plus oibus alijs indigent. Et ꝓpter hoc ē possibile a febrib⁹ acutis pessimis et calidis in tali tp̄e euadere. ¶Quādo autē in nocte mlte aeris apparent apparitiōes corruscationib⁹ similes: ⁊ aeris color hicteritie silis ē. Uenti qꝫ flant p⁹ q̄ꝝ aduentum multi homies ⁊ aialia egrotāt in nocte qꝫ in aere rudij videntur ⁊ splendor: atqꝫ egrotātes cito mortē incurrunt. Aer etiā difficulter attrahitur. ⁊ egrotantiū ora fetidum emittūt odorē: ipi qꝫ infirmi multū angustiant̄: ardoremqꝫ magnū habēt. ⁊ sitim patiuntur vehementē. ac ipsoꝝ īfrigidant̄ extrema. ⁊ vomūt. ⁊ egerūt humores fedos ⁊ diuersos: quando talia adsunt fructus ⁊ olera que in tali nascuntur tp̄e. sunt dimittenda. ⁊ aqua q̄ in supficie terre est manifesta. bibenda ē. ¶In māsionib⁹ qꝫ ē morandum: ⁊ aer calidus fugiēdus. Domus ꝑterea q̄qꝫ die aq̄ ⁊ aceto mixtus est rorāda. Et si cū hoc in aere odoris putridi ac fetentis similitudo fuerit: homies cum sandalis et cāphora sunt suffumigādi: atqꝫ aqua rosata rorandi. Domus autē cum costo ⁊ thure ⁊ storace. ⁊ bunch. ⁊ sandal'. et cāphora suffumigari debēt. Cibaria vō sint. acetū ⁊ lentes. ⁊ sumach ⁊ hulem. ⁊ succus vue acerbe. Acetū qꝫ cū aqua tēperatū bibendū est. ⁊ vinū dimittendū. In hac qꝫ dispositione sumere in potu oī die vnū de trociscis canphore cōfert. Est etiā aqua cum niue bibenda. ⁊ aque frigide ablutione vtendū. ¶Unus ꝑterea antiquoꝝ physicorum dixit: ꝙ si due ptes aloes sumant̄. ⁊ croci orientalis: ac mirre vniuscuiusqꝫ an̄. pars vna. ⁊ detur eis in ꝑncipio pestilentie cuiqꝫ pondus. xij. alchilat singulis diebus cum vncia vini tempati: maximū affert remedium.

¶Dixit eni hic se neminē vidisse hanc medicinā in principio mortalitatis bibentē: qui nō euasisset. ¶Galienus qꝫ dixit. ꝙ bolus armenus cū aceto ⁊ aqua habitus: huic dispositioni cōueniēs est. que tiriaca diacignes eidem valde cōgruit. ¶Confert preterea ꝑdicte dispositioni: si in tēpore aeris putrefacti suffumigatio cū costo: thure ⁊ storace: ⁊ xiloaloes ⁊ bunch atqꝫ sādal'. et cāphora. ⁊ mirra fiat

¶Accidit qꝫ vt in aliqbus annis in vere: squinantia sepe multos inuadat: que mala ⁊ etiā pniciosa existat. Oportet itaqꝫ in hoc tempore egritudinem peruenire cum flebotomia: ⁊ sanguinis extractione: ventosis in crurib⁹ positis: et ventris solutione: ac gargarismis qui singulis diebus ac noctibus: cum aqua rosata fieri debent in qua sumach madefactū fuerit: ⁊ cum rob morarum ⁊ nucum.

¶Contingit etiā vt in aliqua hyeme multotiens appoplexia. vel paralisis: ⁊ egritudines istis similes eueniāt. Est igitur necesse vt cum talis fuerit annus: frequēter euacuetur corpus cum pillulis. quas in harum egritudinū capitulis nominabimus. ⁊ gargarismis: atqꝫ sternutationib⁹

et vnctionib⁹ totius corporis ex oleis que ibi nominabimus. Cibus q̃z erit minuendus. ac subtiliandus.

¶ De regimine corporis ſm tempora. Cap. xxvj

Oportet vt in vere flebotomia ⁊ ventris ſolutione preueniendo ſuccurrat̃: antequā calor irritet̃. minus q̃z in ipo vinū eſt bibendū et caro comedenda. Oiaq̃z dulcia minus ſumēda. et pcipue hoc obſeruare debent: quibus egritudies ex repletionib⁹ accidere cōſueuerunt. decet etiā vt cibis ſubtilib⁹ et infrigidantib⁹ in eo cibent̃. qbus in eſtate vti ɔſueuerunt. ¶ Cum autē venerit eſtas mot⁹ minuat̃ ⁊ labor: ſoli q̃z min⁹ apponēdum erit. ⁊ cibaria calida ⁊ groſſa relinquēda. Uēter etiā nō ſel' cibo repleri dʒ: ſʒ mltis vicibus diuiſus ſumēd⁹ erit. Et aq̃ frigida ē bibēda ⁊ ī ablutōe vtēda. Sauich q̃z cū aqua coctū: cū zucharo eſt potandū. In potu pterea ī mane ſumi debet nix cū zucharo: ⁊ ſirupus acetoſus. ⁊ iulep. ⁊ rob de fructibus acetoſis. ¶ Res aūt frigide ⁊ cibi cū aceto ⁊ ſumach cōpoſiti ⁊ charis: ⁊ hulē et res acetoſe comedi debēt. A dulcibus autē ⁊ vnctuoſis atq̃z acutis ⁊ ſalſis eſt abſtinendū: ſed acetoſis ⁊ inſipidis ad temperiē cōſeruandā ē vtendum. Uino q̃z tanta ē admiſcēda aq̃. vt q̃ſi aq̃ ſentiat̃: vetus vero ⁊ forte dimittat̃. ¶ In autūno vō fructuū cōeſtio minuēda ē q̃ꝫto pl⁹ pōt: ⁊ et obſeruandū in meridie ſoli aliq ſe opponāt. Caput q̃z in nocte ⁊ mane a frigore cuſtodire debēt. ¶ Caueant etiam ne aquā bibāt frigidā. vel lauētur cū ea. ⁊ a labore ſimiliter ⁊ coitu abſtinere debēt. Aqua vō tepida ſe lauēt et obſeruēt ne in locis dormiāt in qbus corpus horripilationē patiat̃: neq̃z poſt cibi dormiant repletionē. Aqua et frigida nō lauent̃: ex qua corpus horripilet̃. ¶ Et nō oportet vt vomitus ꝓuocet̃: q̃z in eadē hora febrire facit. Caueant preterea ne famē vel ſitim patiat̃. vl' cibo vna hora repleantur vel aq̃. Uinū autē tal'r tēpatum bibāt: vt aniam delectari faciāt. ſtomacho vō neq̃z tenſionē neq̃z grauedinē afferat. In ipſo q̃z corpus ſm pl'es res ſine intermiſſione cuſtodiat̃ ⁊ regat̃. ſicut in eſtate gubernari conſueuit vſq̃z ad pluuiarū aduentū. Que poſtq̃z aduenerint. a multo malo nocumēto ſecuros reddūt. Si autē contigat autūnum longū ⁊ eſtiualē fore: cuſtodia maior erit obſeruanda. Tota autē intentio in cuſtodia autūni: eſſe debet ī humorū repreſſione ⁊ tpamento maior. q̃z in ipſoꝝ euacuatione cū ventris ſolutione ac flebotomia. Qđ ſi ī autūno aliq̃ cōtingat egritudo: cito ei cū medicina anteq̃z augmentet̃. ſubueniendū ē. Huius ei tpis egritudines male ſunt ⁊ peſſime. ¶ Ad vltimū autē tota intentio ſit ī corporis humectatione. In hoc ei tpe hoc plus exiſtit neceſſariū q̃z etiā in eſtate. Hoc nāq̃z tpˢ ꝓ ſue cōplexiōis malignitate errorē nō tolerat regimis. neq̃z largis pmittit vti cibis neq̃z dietā deſpicere. ¶ Hyems autē regimis errorē atq̃z ciborū largitatē tolerat. Et poſtremo hyems ɔſuat ſanitatē. vnde in ea egritudinē nō incurrūt abſq̃z magni erroris cā. In q̃ a multa vētris ſolutiōe caueri dʒ. Oportet q̃z vt ſi quando febres in hyeme commoueantur: cito eis cum medicina ſubueniatur ⁊ proprie cum euacuatione. Hec namq̃z febres plerumq̃z ex repletione accidunt ideoq̃z ⁊ creſcūt ⁊ fortiores fiūt ſi nō in principio euacuētur. Qui autē frigide eſt cōplexionis: calidis poterit nutriri cibis. ſicut ſunt allia: ⁊ cepe. ⁊ alia calida q̃ cibis cauſa condiendi ⁊ ſaporē tribuendi āmiſcent̃. vt pip ciminū ſinapi eruca ⁊ his ſilia. ¶ Sed q iuuenis fuerit ⁊ calide cōplexionis cōueniētius eſt. vt ex eis min⁹ accipiat. vel oio ea dimittat. Iſta eni ſi in hyeme egrotare eum nō fecerit egritudinē acutā: in veris pncipio vel in ei⁹ fine facient niſi ei cum flebotomia aut ventris ſolutiōe ſubueniatur. ¶ Ille pterea q in tempe hyemis multa auide ⁊ ſimul in ſtomacho recipit: atq̃z q bonorum cibariorum multitudinem cum vino ſuſcipit: ſibi cito cū flebotomia ſubuenire debet. Qui autem cibis groſſis vtitur ⁊ malis: ventris ſolutione ſibi ſuccurrere cogitur.

¶ De regimine infantis e pregnātis Cap. xxvij.

Pregnans ab oībus cibis in qbus eſt acuitas ⁊ amaritudo abſtinere debet: vt ſunt cappares ⁊ lupini atq̃z oliue īmature ⁊ his ſimilia. ¶ Omnia etiā q̃ vrinā ⁊ mēſtrua ꝓuocāt. vitare debet. ſicut ſunt cicer ⁊ faſeoli ⁊ precipue ruta. ¶ A ſaltu q̃z atq̃z pcuſſione. ⁊ caſu cuſtodire debet. ⁊ pcipue ī pregnationis pncipio ⁊ in fine. ⁊ a coitu oīno remoueri debet. Nā hoc totū multotiēs abort⁹ cā exiſtit. Nutriri itidem debet cibis ſubtilib⁹. humorū bonorū generatiuis ac nauſee repreſſiuis: ⁊ os ſtomachi corroboratibus. ſicē caro galline ⁊ pdicis ac edi. De vino etiā boni odoris parū bibat: qđ tpate ſit aquatū. Jeiuna q̃z in potu ſumat rob de fructibus acetoſis ⁊ ſtipticis. cū qbus par de trociſcis xiloaloes accipiat: vt nauſeam atq̃z alguaa reprimat: motu ⁊ exercitio vtat̃ tpato ⁊ caueat ſibi ne in balneo vel in ſole longam facit morā. Cantilenas vō ⁊ iocos atq̃z ea que delectationē afferunt. necnō ſōnū augere debet. reb⁹ q̃z odoriferis circa caput ⁊ faciē. ac ſuffumigatiōibus vti debet. ¶ Cibum q̃z alleuiet atq̃z in die multotiens comedat: neq̃z cibo ſemel impleat̃. Si autē appetit⁹ multū deſtruatur de rebus acribus parū eſt ei tribuēdū: vt ſunt cepe ⁊ ſinapi ⁊ his ſimilia: que diſgregādo appetitum commouēt. ¶ Maſticem etiā atq̃z olibanum maſticare cōuenit atq̃z citonia ⁊ granata: necnō mala maciana ⁊ citra comedat. ¶ A malis autē cibis ſibi caueat: ⁊ ne mala cibaria ⁊ diuerſa in ſtomacho miſceat cuſtodiri debet. Eſt ei poſſibile vt cum hoc regimie in pregnatione egritudinē euadat. Qđ ſi ipſā infirmari ɔtingat: oportet vt ſine flebotonia ſeu ventris ſolutione medicet̃: vel maximo timore ac multa diligētia fiat: ad hoc vt fetus remaneat: ⁊ partus ſit facilis.

¶ De alleuiatiatōe ptus ⁊ regimie pturiētis. Cap. xxviij

Cum hora partus appropinquauerit paritura in balneo mitti debet: ac in tina ſingulis diebus ſedere: ⁊ ventrē atq̃z dorſū cū oleo inungere: cibaria q̃z bonum habētia ſaporē ac lenientia: ei ſūt tribuenda: ſicut iſſidabegi ⁊ aluia factū de zucharo: ac oleū de amigdalis recens. ¶ Cum autem part⁹ aduenerit hora: dorſum inungi debet cū oleo de keiri et oleo ſambacino calefactis. Cui etiā femur ⁊ ylia atq̃z ypocondria inungi debent. ⁊ ex eis in vuluā erit mittendum. ¶ Ipſa q̃z paulatim incedere debet: que poſtq̃z parū ambulauerit ſedeat. ⁊ pedes equaliter tendat. deinde vero ſup vtroſq̃z ſe ſiml' eleuet. Dolor autē partus ſi fortis fuerit: nares ⁊ os apprehendendo ſe premat. Obſtetrix q̃z dorſum ei⁹ eleuet: atq̃z ylia ⁊ mirach eius inferius pmat. Et ſi diu taliter ſe habuerit iſſidabegi vnctuoſum de pullis factū in quo adeps pinguis galline ac anatis ponat̃: in potu ſumat ⁊ vinū boni odoris bibat. ¶ Qđ ſi partus fuerit durus: ⁊ ne parturiens moriatur timeatur: detur ei aque in qua fenugrecū ⁊ dactili cocta fuerunt libra vna: in qua anteq̃z detur: parum olei amigdalarum dulcium ponatur. Que non vna vice ſed duabus vel tribus bibēda erit ne euomatur. Poſt hanc autē aquā trociſcos de mirra accipiat. Et ſi adhuc etiam multum conſtringat̃. ſuccum rute ſumat vel altich. geuſir. galbani. oīmꝫ ana equaliter accipiatur de quibus due dande ſūt dragme.

¶ Qđ ſi delicata ſit mulier que harum medicinarum odorem multum ferre valeat: pondus vni⁹ aurei de algalia in vino bene redolente diſſoluēdum erit. ⁊ in potu ei dādum. Ipſa quoq̃z cum ſucco carnis ac bono vino ē corroborāda. ¶ Secūdina vero ſi remāſerit. ſternutatio cū condiſi nares apprehendendo eſt prouocanda. Qđ ſi hoc modo nō exierit ſecundina: ad medicinas quas nominabimus erit reuertendum dando eas. Suffumigatio quoq̃z cum mirrha ⁊ kina ⁊ keiſir ⁊ ſulfure facienda eſt.

¶ Ex iſtis autē cum felle vaccino mixtis fiunt pillule: quarum vna poſt aliam in igne mittat̃. qui ignis ſit in focu

lari: quod magna scutella de terra foramen in medio habente cooperiatur. Foramini autē huic vulua supponatur vt fumum recipiat. Hoc enī fumigiū fetum expellit mortuum. Quod tunc fieri debet. cum fetus mortuus fuerit ꝛ nō mouetur: vel nō mouetur fortiter. ¶ Quod si post partū sanguinis fluat multitudo vnde vires destruantur: subueniendū est ei cum his que in capitulo de mēstruorum retentione nominabimus. Corroborari quoqꝫ debet cū aqua carnis et vino bono: ꝛ atibu. ¶ Sāguis vero si nō sequitur ptū vel parum fluat suffumiganda est parturiēs fumigijs suprascriptis: de quibus etiā in vuluam mitti debet: ꝛ medicari debet cum medicinis quas in capitulo de menstruorum ꝓuocatione dicturi sumus. Hoc autē nō est dimittendū nec vilipendēdū nisi macra fuerit ꝛ debilis. Ex hoc enim generantur multotiens egritudines dure ꝛ male.

¶ De regimine infantis. Cap. xxix.

i Infantis aures statim post partū ꝓmende sunt. Quod etiā postea multotiens ē faciendum. ¶ Est preterea obseruandū: ne lac aures ingrediatur cū lactatur: ꝛ vt pallatū cum melle tangatur et nares cū aqua calida ꝛ oleo semꝑ mūdificentur: atqꝫ mucillagies emūgātur. Ipse qꝫ priꝰ sꝑ fricādꝰ postea iūgēdꝰ ē. ¶ Et mēbra similiter eius sunt in vnāquāqꝫ partē tendenda. et fascia cingenda. ¶ Sūt etiā rectificanda eius membra caput videlicet. ꝛ nares ac frons. Hoc enī regimine si custodiatur: multas euadet egritudines. ¶ Mammillas q̄ qꝫ taliter sugat: ne eiꝰ vēter tendatur: neqꝫ multa ex eo egrediatur ventositas: ꝛ vt nō accidant ei dissolutio ꝛ pigritia neqꝫ somnus longus neqꝫ de latere ad latus reuoluatur: ꝛ nō ploret neqꝫ vomat. Quod si istarū significationū aliq̄ appareat diutius solito a mamillarū suctione abstinere cogatur: ꝛ tēpus dormitionis augeatur. ¶ Postea vero in aq̄ cal'a balneetur: ꝛ mā millarū suctiōe vniꝰ solito vtatur: deinde vero ad suā reducatur cōsuetudinē: cui de medicinis somniferis parum est dandū: vt diu dormiat. ¶ Cuna itidem eiꝰ equaliter ē mouenda. Quod quidē fieri ꝯuenit post mamillarum suctionem. ¶ Oculi quoqꝫ eius in primis natiuitatis diebus panno sunt operiendi. Et est sūmoꝑe cauendum: ne in loco sit multum luminoso ꝛ radioso: ante euꝫ tamē vitree margarite: ꝛ panni diuersos habētes colores appendi debent. ¶ Cantilenis qꝫ que vocibus ꝓferuntur extensis: ꝛ quietis delectationem facientibus ante eum ē vtendū: nō asperis neqꝫ raucis. ¶ Postq̄ꝫ vero loquendi hora appropinquauerit: nutrix eius linguā frequēter fricet. Superiorem tamē lingue partē cū salgēma ꝛ melle fricare debet. Et hoc precipue est faciendū cū loquela tardatur. ¶ Ante ipm qꝫ frequēter est loquendum ꝛ verba facilia: ꝛ leuia est docendus. ¶ Cum autē natiuitatis dentium tempus appropinquauerit: gingiue singulis diebꝰ cum butyro ꝛ adipe galline sepe sūt fricande: ac ordeum super eas trahendum. Guttur qꝫ ꝛ spondiles colli: frequenter cum oleo inungi debent. ¶ Quod si eius venter solutus fuerit: ventri supponatur emplastrū quod de cimino et rosis cū modico aceti ꝛ aqua madefactis fiat: lacti qꝫ gūmi arabicū ꝛ bolus armenus sūt ammiscenda ꝛ danda ei. ¶ Venter vero si stringatur suppositoriū de melle cocto: et baurach vel de melle cocto ꝛ stercore muris cōfectum ano est supponendū. ¶ Cum autē ad tempus ꝑuenerit in quo comedere incipiat: fiant de simula: ꝛ lacte ac çucharo magdaliones glandibus similes: ꝛ infanti manu tenēda dentur: vt cū eis ludat ac eos sugat: ꝛ gradatim disponatur ad aliqd ex eis traijciendum. ¶ Caro quoqꝫ q̄ est in pectore teneri pulli vel ꝑdicis: est ei tribuenda. ¶ Postq̄ꝫ autē hoc bene sape ceperit. atqꝫ ex eo comedere ꝛ appetere inceperit: suctio mā millarum paulatim minui incipiat. In nocte q̄ꝫ eas sugere nō ꝑmittat: deinde gradatī perducatur ad hoc vt in die nō lactet. ¶ Est etiā valde obseruandum ne in tꝑe calido ablactetur.

¶ De electione nutricis ꝛ eiꝰ regimie. Cap. xxx.

n Nutricem oportet esse iuuenē colorem habentem clarū. Que cū sit alba rubedinē habeat ammixtā: neqꝫ sit partui ꝓpinqua: nec ab eo multuꝫ remota: neqꝫ lesionē habeat: neqꝫ infirmitati sunt preparata. ¶ Mā millas qꝫ habeat magnas: et pectus amplum ac pinguedis corporis: mediocritatē teneat. ¶ Ipsa ꝓterea neqꝫ salsa comedat: neqꝫ acuta: neqꝫ acetosa: neqꝫ stiptica: neqꝫ tabeguil vtatur: in quibus ē fortis caliditas: neqꝫ porris. neqꝫ cepis. allia qꝫ atqꝫ erucā. et ꝓcipue apiū oīno dimittat. Nō enī cōuenit nutrici: vt ei appropinquet omnino. ¶ Nutriēda vero est cibarijs de tritico ꝛ rizi factis: ꝛ carnibus iuuenibꝰ ꝛ bonis: ꝛ coctura bene conditis. ¶ A coitu autē ꝛ mēstruorū ꝓuocatiōe sibi caueat. ¶ Quod si eiꝰ minuatur lac: pultes de farina fab ar vel riçi vel panis de simula sicci: ꝛ lacte ꝛ çucharo facte ad sorbendū tribuantur: qbus parū seminis feniculi sit ammixtū. ¶ At si lac eiꝰ valde crossum fuerit cibus erit subtiliandus. Ipa qꝫ parū laborare cogenda est. Cui insuper syrupus acetosus ꝛ vinū subtile dari debēt. ¶ Multū autem subtile si eius lac fuerit: cibaria fortia ꝛ crossa cum augmēto ei danda sūt: somnusqꝫ angmētandus. ¶ Quod si infantis venter solutus fuerit: nutrici de his que ventrem stringant dandū erit. Cui neqꝫ dulcia: neqꝫ vnctuosa: sūt tribuenda. ¶ Quod si in corpore infantis bothor apparuerint nutrici aqua ordei detur: que neqꝫ dulcia: neqꝫ calida comedens: cum almeçeçet nutriatur ꝛ flebotometur. Infans qꝫ si iam quatuor ꝓterijt menses ventosetur. ¶ Lac autē quod melius iudicatur est cuiꝰ vna gutta suꝑ vnguē distillata: neqꝫ multū subtilis ꝛ currēs: neqꝫ crossa cōspicitur: ꝛ cōgelata: bonū habens odorem ꝛ saporē ꝛ dulce. Salsum autem lac: vel male olens nullo modo nutrimento infantis est conueniens.

¶ Sūma de regimie aliarū etatū. Cap xxxi.

p Pueri cum flebotomia vel forti ventris solutiōe: nequaqꝫ sūt medicandi. Cū ventosis autē ꝛ ventris ex aqua fructuū solutione: eis erit subueniendū. ¶ Qui ex necessitate custodiendi sunt: ne multū de cōfectiōibus mellis: vel fructibus comedere ꝑmittantur: ne multas incurrāt egritudines.

¶ A lacte qꝫ atqꝫ caseo necnō cibis crossis: abstinēdi sunt: ne in eorū vesicis lapis generetur. Quibus semia melonū excorticata cū çucharo sūt tribuenda: vt vrine instrumēta mūdiācentur ne lapidis ibi generatio fieri incipiat. ¶ Ipis quoqꝫ cibis multū repleri: nō est ꝑmittendū: neqꝫ cibos sumere ꝑmittantur: donec primꝰ cibꝰ sit digestus: ꝛ ex stomacho exierit. Quod ideo faciendū ē: vt a scrofulis sint securi. ¶ Adolescētes autē ꝛ iuuenes: ab acutis infirmitatibꝰ sūt custodiendi: eos flebotomādo: ꝛ ipsorū vētres soluēdo. Quibus fortiter reprimētia statim ex quo acutarum egritudinū in ipsis apparuerit significatio: danda erunt anteq̄ꝫ egritudines ꝑficiantur ꝛ augmententur. ¶ Senes vero sic conseruandi sunt: vt ad eorū corporū euacuatōnē cū medicis magis intendatur q̄ꝫ cū flebotomia. Quorū corpora ne ad malū deueniant: sūt conseruanda ipsorum minuendo laborē: ac coitū: vt suorū corporū vires diu ꝑdurent: ꝛ nō balneentur spatio longo. ¶ Qui autēꝫ sunt in senio a labore atqꝫ coitu: necnon flebotomia: nisi magna imminente necessitate sūt renouēdi. Qui cibis bonis suauem habentibus saporē: ac facile digestibilibus sūt alendi. ¶ Sepe quoqꝫ balneis vti debent: ac multū dormire. Rebꝰ ēt odoriferis faciē ꝛ caput inficere: atqꝫ suffumigationibus vti: ꝛ quiete ꝯuenit: ea quoqꝫ exerceāt: que multum delectari faciunt. ¶ Vinum ꝓterea tēperate nature subtile atqꝫ clarū bibant. Quod ꝛ aquā mediocriter habeat ammixtā: ac tꝑate ab eis sumatur. Hi autē si hoc regimine tali modo custodiantur: possibile est vt ad decrepitā tēꝑe longo deueniant atqꝫ ad ptisim: ꝛ vt eorū corpora: neqꝫ deijciantur: neqꝫ destruantur.

¶ De probatione medici. Cap. xxxij.

VAlde ꝯsiderari debet: in quibus vitã suã expendit medic⁹ et in qbus illud qd̃ de suo preterijt tẽpore exercuit: atqȝ de quibus stando solus cogitat. Si eni sue vite spacium medicorũ ac physicorũ libros pscrutando preterijt. cuiusqȝ studium est quãdo solus stat: eos diligenter intueri bona de eo haberi potest suspitio. Qd̃ si vite sue spaciũ in alijs qȝ in his quorũ fecim⁹ mentionẽ studendo pteriuit ac solus stando in cantilenis ⁊ instrumentis musicis delectaꝛ. inebriari quoqȝ atqȝ his similia concupiscit: suspitio mala de eo haberi potest. ¶ Postq̃ȝ autẽ scituȝ fuerit ꝙ ipse frequenter libros intueaꝛ considerandum erit: qualis sit eius astutia atqȝ ingenium ⁊ an cũ loquacibus et oppositorib⁹ sit cõuersatus: ⁊ si in eo sit potẽtia pscrutãdi ⁊ medicandi vel nõ. Et est etiã pquirẽdum si cum predictis hominibus quos pdiximus diu societatẽ habuerit. ⁊ si ab eis sit adeptus pscrutandi ⁊ medicandi virtutẽ.

¶ Obseruari etiã debet si ea q̃ legit intelligit vel non.

¶ Postq̃ȝ autẽ eũ libros legere ac intelligere notũ fuerit: an in infirmorum cura laborauerit: ⁊ eis medicatus fuerit: atqȝ si hoc in ciuitatibus famosis: vbi medici atqȝ ifirmi multi sunt egerit: diligenter erit pquirendum aut nõ. Qui autem hec duo habere inuentus fuerit: sapiens erit et alijs preferri debet. ¶ Qd̃ si contingat alicui vnũ istoꝝ deesse cõuenientiũ ẽ vt operãdi magisteriũ ei desit: ita tñ ꝙ nõ penitus ei⁹ expers existat: sed operandi nouerit ptem quã vt eã que in antiquorũ libris continetur sapientiam prorsus ignoret. Qui eni qd̃ in libris est nouit: atqȝ imaginatur cũ pauca opationis notitia pueniet ad id: ad qd̃ multi eorũ qui ea que in libris cõtinenꝛ non nouerunt. neqȝ imaginati sunt. nullo modo peruenire poterunt. Qui etiam nihil sciunt nisi qd̃ ab his qui longam soicetatem habentes: cum eis qui hec in ciuitatibus famosis vbi multi medici sunt: ac multi infirmi. didicerunt: edocti fuerunt.

¶ Si qs ãt hui⁹ doctrine nomẽ sit adept⁹ q lr̃as nõ nouit: vl' si lr̃as nouit. verba tamẽ nõ intelligit: nec etiã cũ sapiẽtibus moratus fuerit nõ est confidendum in eo. neqȝ sue sapientie est credendum. Immo sciendum est euȝ nullo mõ posse pficere. Impossibile est eni vnũ hominẽ: etiam si longo tempe viuat huius doctrine per se maximam cõsequi partem: nisi ſm precedentium incesserit regulam. Huius eni doctrine quãtitas vite hoĩs mensurã multum excedit. Qd̃ non in hac tantũ doctrina: verumetiã in pluribus inuenitur doctrinis. ¶ Qui autem de hac doctria vsqȝ nunc aliquid sunt consecuti: non pauci fuerunt: neqȝ in breui hec consecuti fuerunt: sed fuerunt mille et in mille annis hoc adepti fuerunt. Quorum libros siquis frequenter perscrutatus fuerit: in breui oĩes videre videbiꝛ: ac si illis mille ãnis vixissent. ⁊ illorũ laborẽ mille annis ptulisset. Sed si eorũ negligãꝛ libri: homo in vita sua quãtũ pscrutari poterit: aut ei⁹ experimẽta vel inuenta quã mensurã habebunt etiam si omnibus hominib⁹ sit doctior atqȝ acutior. Quapropꝑ si qs libros nõ pscrutaꝛ ac egritudinũ formas nõ itelligit anq̃ȝ eas videat: q̃ȝuis ipas multotiẽs videat: dimittat eas: qr eas nõ cognoscit. et absolute ptrãsit eas: nl'lomõ aliquid ex eis intelligendo.

¶ Expletus est tractatus quartus.

Tractatus. v. 77. continens capitula.

¶ De furfuribus. Capitulū. j.

Urfures remouenē cōtinue abradendo caput ⁊ singulis inungēdo noctibus: ⁊ postea in mane cum multa calida aqua abluendo in balneo vel in domo. ¶ Que si nō suffecerint: cum farina ciceris: ⁊ semine altee: ⁊ aceto tribus lauetur diebus. ¶ Similiter quoq; cum aqua in qua sicla cocta fuit ⁊ baurac pauco: caput est abluendū. Ablutio fortis in ablutione furfurū. R̸. farine ciceris. ʒ. 100. farine fenugreci: furfuris tritici: baurac panis nitri albi ⁊ triti: sinapis: oium. añ. ʒ. j. s. althee. ʒ. x. misceanē oia cum pauco aceto ⁊ aqua: ⁊ vnaquaq; hebdomada lauet caput ex ea. ¶ Q; si post p̄dictoꝝ adhibitionē furfures pmāserit oleo rosec cū pauco aceto mixto: caput quaq; nocte est infundendū. Venter quoq; suauiter est semper soluendus.

¶ De alopicia. Caplm̄. ij.

Um pili capitis vel barbe cadūt: locus cū pano aspo est fricādus donec fiat rubeus. Postea vero cū cepis fortiter fricet donec patiens in loco illo incensionē sentiat: ⁊ ardorē. Qui die illa ac nocte sic manere pmittaē. In mane aūt silr regatur Et si in loco ampulle appuerint. cū adipe anatis vel galline inūgatur ⁊ fricatio aliquot reliquaē dieb⁹: donec quiescat. Et si tūc pili nasci ceperit: locus multotiēs abradaē: ⁊ cum panno singulis fricetur diebus: ⁊ oleo in quo lzeisim ⁊ capillus ve. ⁊ camomilla fuerint cocta: inungatur. Qd̄ hoc mō fiat. Cuiusq; istoꝝ. ℥. j. sumaē: ⁊ ī aqua posita: suauiter vsq; ad dissolutionē coquātur. Quibus discoctis aqua coleē: ex qua libra vna cuz vna lib. olei de ben misceatur: que suauiter vsq; ad aque consumptionē coquatur. Qd̄ aūt remanet: ab igne deponaē: ⁊ vsui cum opus fuerit reseruetur. Si aūt pili ex hmōi medicinis non nascantur egroti regimen est inquirendū: quo in precedēti vsus fuit tempore ac corporis dispositio qualis in ea hora sit inuestigandū: quēadmodū in caplo de cognitiōe humoris in corpore dominātis: ⁊ in caplo de virtutibus ciboꝝ ꝯtinetur: Et si cognitum fuerit ipm cibaria flegmatis generatiua frequenter comedisse. color quoq; cutis a qua pili cadunt albedini attinere videaē: pillule dande sunt quarū descriptio. R̸. turbith albi pulueris pigre. añ. ʒ. x. collogntide. ʒ. iij. ⁊ tertiam. Ex his tritis ⁊ cribellatis ac oleo inunctis: informentur pillule ex quibus. ʒ. ij. vel triū pondus: ter in mense vel quater tribuatur. ¶ Patiens quoq; nutriendus est cum cibis bonorum humorum generatiuis. Postea vero reuertendum est ad medicinas cū quibus idem locus edificari solet. Q; si patiens cibos colere rubee generatiuos edere consueuerat: ⁊ color atq; etiam corporis dispositio hoc idez significauerit: pillule iste q̄s nominabimus multotiens erunt dande: ipsiusq; regimē ad ea que humorem generant frigidum reducendū erit.

¶ Pillulaꝝ confectio. R̸. mirab. citrinoꝝ: rosarū rubeaꝝ añ. ʒ. s. aloes scotrensis. ʒ. j. scamonee. ʒ. quarta pars: ex his omnibus fiant pillule: ⁊ pro vna potione dentur.

¶ Q; si patiens cibis coleram generantibus nigram vti cōsueuerat: ⁊ color atq; loci obfuscatio: ⁊ eius aspitas hoc idem monstrauerint: locusq; vehementer siccus extiterit apoçima de epithimo: ⁊ epithimū cū sero: ⁊ hijs silia que coleram nigram expellere consueuerunt sicut in capitulo de melancolia dicturi sumus: danda sunt: patiens quoq; bonis vtatur cibis: ⁊ postea ad medicandum eundem locum redeundum erit. ¶ Epithima pilos in infirmitate alopicie renasci faciens. R̸. spume maris. ʒ. x. baurach furfuris euforbij. añ. ʒ. ij. stafisagrie: cantaridarum. añ. ʒ. j: omnia cum oleo veteri misceantur: ⁊ postq̄ locus cum cepis fricatus fuerit: epithimetur. Et si in loco apparuerint ampulle: per aliquot dies dimittantur: ⁊ cum anatis adipe: ⁊ vnguēto de cerusa curenē dōec sedēē. Postea v̄o hoc idem resterandum erit si necesse fuerit.

¶ De generatione piloꝝ in locis denudatis. Cap. iij.

Ibarbe vel ciliorꝝ pili exiles ac molles fuerint: locus fricandus ex spuma maris: ⁊ cinere lzeison: cum oleo veteri mixtis singulisq; noctibus ex eis inungēdus. Patiens quoq; vinum forte bibat. Cuius regimen ad ea que temperate calefaciunt reducendū est. ¶ Ad idē alia ꝯfectio: que etiaz fortior existit. R̸. olei de ben. ℥. j. cantaridaꝝ alas ⁊ capita abscisa habentiū. ʒ. iij. cōficitur sic: cātarides trite in oleo mittuntur: deinde oleū cū ipis in olla parua positū sup leniū ignē: cū ligno frequēter cōmiscēdo coquaē: donec ipm inspissetur: postea ab igne depositū reponatur: cui parum musci: vel vmbre: est āmiscēdū vt bene redoleat. De quo si locus fricatus fuerit donec vesicas habeat apparebit citissima pilorum natiuitas.

¶ De conseruatione piloꝝ ne cadant: ⁊ ipsoꝝ elōgatione ⁊ curatione initij caluitij. Cap. iiij.

Blutio faciēs capillos lōgos: folia açedaragi: sumanē: ⁊ capillus veneris viridis: ⁊ mirrha: ⁊ mirabol. emblici: ⁊ ponanē in ablutione: ⁊ cooperiaē caput ex ea: postq̄z aqua madefactuz fuerit in qua emblici fuerunt positi. ¶ Alia ablutio capillos faciens longos. Aqua in qua sicla cocta fuerit: sumaē in qua parū sinapis ponatur: ⁊ cum ea capilli lauenē postea v̄o inunganē oleo ⁊ augmentabunē. ¶ De his autez que capillos cadere ꝓhibēt: oleū est mirtinū cum frequēter capilli eo inūgunē. ¶ Eos etiam cōfirmat: si laudanū in vino resolutū equali mensura cum oleo mirtino sit ammixtū cum frequēter eo vtuntur. s. vt capilloꝝ radices eo in nocte fricenē: ⁊ post in mane balneū ingressus qui patitur: cum aqua calida eos lauet. ¶ Oleū capillos cadētes retinens. Emblici: ⁊ folia mirti sumanē: ⁊ in aqua coquātur vsq; quo aqua turbida fiat. Postea huius aque libra vna: ⁊ olei onfancini. lib. j. accipianē: ⁊ mixta ad aque cōsumptionē coquanē. Postea v̄o ei qd̄ ex decoctione remāsit. ℥. j. laudani in vino resoluti addatur: ⁊ capilloꝝ radices: ex hoc oleo fricenē. ¶ Oleum capillos faciens rigidos: ⁊ etiam nigros: si eo inunganē. R̸. folioꝝ mirti: foliorum papaueris ruffi: capill. veneris spice nardi: ciperi seminis sicle: seminis apij emblicoꝝ. añ. quantū vna manu capi pōt. Hec aūt omnia in tribus libris aque donec ad vnam redeant libram coquēdi sunt: ⁊ postea colanda deinde colatura hec cū vna libra olei allzeiri est miscenda: ⁊ vsq; ad aque consumptionē coquēda. Cui postea admiscēda sunt. ℥. s. acacie: ⁊ tantundē cineris corticis pini: deinceps v̄o reponendū singulis diebus: ⁊ ex eo iunctio est faciēda. ¶ Medicamē prohibēs caluitiū ⁊ curans qd̄ ex eo iam incepit. R̸. capilloꝝ veneris: folioꝝ mirti corticum pini thuris. añ. partes equales. Que assari debent donec teri possunt: postea v̄o āmiscenē eis laudani ⁊ mirre. añ. quantū de vnoquoq; supradictoꝝ ex qbus cū vino veteri ⁊ oleo de semine raffani mixtis caput in nocte epithimetur: ⁊ in die lauetur. Et assiduetur: hoc enim caluitium sanat inceptum.

¶ De scissuris extremitatū capilloꝝ. Cap. v.

Icapillis hoc euenerit accidens: aqua ⁊ oleo concussis donec bene cōmisceantur: frequēter erunt inungendi. Cū mucillaginibus quoq; viscosis: eos lauare oportebit: sicut est ea que fit de semine lini ⁊ psilij: ⁊ folioꝝ sisami: ⁊ que istis similantur. ¶ Q; si ista non suffecerint: quies: ⁊ comestio ⁊ balnei vsus ⁊ potus augmentari debent. Si antem cōtingat vt cum hoc in corpore sit pinguedo: ⁊ sit eius figura pulchra: ⁊ hoc accidens paruum existat: a medicinis desistendum erit. Si autem magnum fiat: frequenti ventris solutione vtendum erit: ⁊ flebotomia facienda: cibaria quoq; ac vinum sunt minuenda.

¶De crispatione capillorum. Capl'm. vj.

c Apilli frequēter sunt fricandi cuȝ folijs sidre
albe ꝛ gallis. ¶Res fortis ad istud fa
rina fenugreci: ꝛ mirra ꝛ semina iusquiami albi tri
ta ꝛ sidre ꝛ galle ac calx ꝛ merdasengi: sumantur ꝛ ex om
nibus capilli fricentur.

¶De his que efficiunt capillos planos. Cap. vij.

i N hac medicatione eis est vtendū quibus ca
pillorum curantur fixure: ꝛ inunctio
ex oleo sisamino tepido est facienda. Super capil
los quoqȝ aqua calida sepe est fundenda.

¶De nigrificatione capillorum. Capl'm. viij.

f Umatur tertia pars vnius lib. gallaꝝ ꝛ in
ungantur oleo: ꝛ fricentur donec
nigrescant ꝛ findantur: deinde accipiantur eris vsti
draganti. anā. ℨ. ß. salis gēme. ℨ. ij. aluminis. ℨ. j. terantur
omnia in modum collirij: deinde aqua calida ad moduȝ
masse consperse: quatuor horis fermentari permittantur
ꝛ caput ꝛ barba prius abluta cuȝ aqua calida ꝛ postea ex
iccata: manibus perfricando liniantur. ex predicta medi
cina: ꝛ folia desuper ponantur ne medicamen desiccetur
Que postq̄ȝ per sex horas sic permanserint: cum aqua te
pida lauari debent.

¶Tinctura alia. Sumantur merdasengi ꝛ calcis non ex
tincte amboꝝ partes equales: luti quātum de p̄dictis du
obus ceruse quātū de omnibus. Ex his omnibus aqua
conspersis inungantur capilli: ꝛ folijs desuper cooperiā
tur. Et postq̄ȝ per tres horas taliter manserint: cū aliqui
bus lauentur mucillaginibus: ꝓueniet enim ex hoc nigre
do pulchra.

¶Tinctura alia merdasengi ꝛ calx sumantur: ꝛ super ea
sextuplum aque fundatur: ꝛ in sole sic manere per tres di
mittantur dies frequēter cōmiscēdo. deinde aqua hec co
letur: ꝛ mittat̄ in ea lana: que si denigretur bona est. Sin
autem sic nō eueniat: in hac aqua sexta pars merdasengi
ꝛ calcis vt prius iterum ponat̄. ꝛ manere p̄mittat̄. Quod
tamdiu fieri cōuenit donec lana imissa tingat̄. Postea v̄o
alchāna cū aq̄ predicta conspersa fermētari p̄mittat̄: de q̄
tinctura faciēda est: denigrat em̄ p̄fecte: ꝛ valet ad anuful
si ex lana in hac aqua intincta piloꝝ radices fricentur.

¶De regimine capilloꝝ ne cani cito fiant. Cap. ix.

f Epe aliq̄bus hoībus cani cito intēpestiui vide
licet inasci solent: a lijs aūt tardari sue cō
plexionis causa. ¶De his aūt que canitiē tardare
faciūt est hoc. s. vt de trifera minori in mane frequēter su
matur. Cuius descriptio. Re. mirabol'. nig. krebul'. belliri
corū: emblicoꝝ omniū anā. ptes equales terant̄: ꝛ oleo in
ungant̄ ꝛ cū melle ꝯficiant̄: de qua singulis diebus i ma
ne ad nucis magnitudinē sumi debet. Maior aūt ps eoꝝ
q̄bus nutrimentuȝ fit sit kralagie ꝛ assature. ¶Abstinere
aūt ꝯuenit a lacte ꝛ a cibis habētibus micas panis admi
xtas: ꝛ a pultibus quesunt multū spisse. ꝛ a frumento co
cto: ꝛ ab his q̄ ex melle cōficiunt̄ ꝛ a potu aque niuis: ꝛ a
multe aque potu. ¶Uinū aūt vetus ꝛ purū modice bibē
dū est: vel ydromel. ¶Ea q̄ȝ q̄ salmuria ꝯdiunt̄ ꝛ sunt sal
sa edenda sunt: ꝛ panis in almuri nabati est intingendus
ꝛ de eo parū a ieiunio est potandū. Sicla p̄terea cū sinapi
comedat̄. Qui si hoc vtēs regimie calore infestet̄: cū aceto
ꝛ sirupo acetoso ip̄m reprimat. Multus etiā balnei vsus
cū aqua ac coit⁹ minui debēt. ¶Hoc q̄ȝ sumope est cauē
dū ne capilli aq̄ rosata infundant̄: ꝛ p̄cipue si camphorā
habuerit admixtā. Et si qn̄ hoc factū fuerit studendū est
vt desiccent̄. ¶Unguētis q̄ȝ vtendū est: in q̄b⁹ sp̄ēs cal'e ꝛ
odorifere ac stiptice ponunt̄ sicut est oleū qd̄ diximꝰ. Qui si
q̄s ad h̄ multū anhelauerit. ordinatū ad electuariū d̄ ana
cardis accipiendū tēdat qd̄ in hyeme incipiendū erit.

¶De tinctura capilloꝝ rubea vel subrubea. Cap. x.

f Umantur lupinoꝝ tritoꝝ. ℨ. x. mirre. ℨ.
ß. aloxāti. i. flo. salicis fecis vi
ni siccate ꝛ assate. anā. ℨ. iij. deinde cinis sarmentoꝝ accip̄i
atur: ꝛ aqua sup eū fundat̄. ꝛ p noctē vnā sic dimissus co
letur. ꝛ ex hac aqua p̄dicte ꝯficiant̄ medicine. Postea v̄o
capilli ex eis inuncti. p noctē vnā dimittant̄: ac deinde la
uentur. Qd̄ iterū itaqȝ iterū similiter faciendū est: ꝛ fient
prius rufi: postea vero rubei.

¶De albificandis capillis. Capl'm. xj.

f Umantur stercus irundinū ꝛ enula sicca
ꝛ mes ꝛ semina radicū ꝛ semi
na vefrim sicca ꝛ sulphur ꝛ flos capparis siccus: ꝛ
ex his oībus cum felle vaccino ꝛ aceto collectis inungā
tur capilli. postq̄ȝ cū sulphure fuerint suffumigati: ꝛ non
lauent̄ sed dimittāt̄ sic: ꝛ post hoc suffumigent̄ cū sulphu
re: qd̄ multis ꝯuenit fieri vicibus. Postq̄ȝ aūt albificari ce
perint: oleo sambacino frequēter sunt inungendi.

¶De his q̄ auferūt capillos ꝛ que subtiliāt ꝛ que euellūt
ꝛ que eoꝝ p̄hibent ortum. Capl'm. xij.

c Alcis albe ꝛ vehementer acute: ꝛ cineris co
cleaꝝ maris partes sumant̄ equales:
arsenici citrini triti vt alcohol octaua vnius partis
supradictoꝝ. Hec oīa cū aqua in mortario trita. p duas ho
ras sic manere dimittant̄. Ex q̄bus sic pactis pili sunt inū
gendi aut ex spuma marina ꝛ gipso: hoc idem fiat. Ista q̄ȝ
bona existunt. De his p̄terea q̄ capillos subtiliāt est vt ci
nis vitū vel baurach: in psilatro mittat̄. de quo cutis sepe
est fricāda. Que post psilotri ablutionem cū ordei farina
vel fabarū vel molonum seminis est fricanda.

¶De his que penitus auferuut pilos. Cap. xiij.

c Alx fortis fortis sumat̄: sup quā sextuplū
aque fundat̄. ꝛ per tres dies sic
dimissa colet̄. postea v̄o ī hac eadē aq̄ sexta ps calcl
ponat̄: ꝛ sic p tres regatur. His gestis sexta pars arsenici
citrini triti in p̄dicta aqua mittatur: ꝛ tamdiu sub sole di
mittat̄: donec penna immissa depiletur cum extrahitur.
Postea aūt corpus ex lana in hoc medicamie intincta fri
cetur. Istud eniȝ cito abradit pilos. post hec vero oleo ro
seo locus inūgendus erit. ¶De his autem que capillos
hoc modo destruunt est vt euellant̄ pili: ꝛ inungat̄ locus
psilio ꝛ aceto multis vicibus: atqȝ ex iusquiamo ꝛ opio ꝛ
aceto. Aut locus depilatus sanguine ranarū que in aqua
morant̄ que non mouent̄: inungat̄ vel sanguine testudi
nis: vel inungat̄ locus depilatus oleo in quo stellio coct⁹
fuit: vsqȝ ad omnimodā dissolutionē: aut oleo in quo eri
tius coctus fuit: aut inungatur ex castoreo ꝛ melle: multis
vicibus pilis quaqȝ vice prius euulsis. ¶De his aūt que
pilos in femore ꝛ barba atqȝ ascellis nasci nō p̄mittūt nisi
post longū tempus: est vt chimolee ꝛ ceruse sumant̄ par
tes equales. aluminis vnius partis medietas: ꝛ misceant̄
cū succo iusquiami viridis: vel cum aqua aceto mixta in
qua iusquiami semen coctum fuit: ꝛ liniantur ex eis loca.
Qd̄ multis fieri debet vicibus. ¶Pilorum enim ortus:
ex h̄ vehemēter tardat̄: ac fortasse eoꝝ exitus oio p̄hibet̄.

¶De illis que odorē psilotri reprimūt. Cap. xiiij.

i Ocus cū folijs persici ꝛ cū scrophis croci
hortulani: ꝛ cū alchāna ꝛ rosis
ꝛ xiperis: ꝛ cum hunc siue separatim siue composi
te fricari debet.

¶De his q̄ p̄hibent ne psilotrū adustionē neqȝ pustula in
corpore faciat: ꝛ de curatiōe ei⁹ qd̄ adustū est. Cap. xv.

p Silotrū adustionē facere p̄hibet̄: si nō mul
tū cum eo fricet̄ corpus ꝛ cito la
uetur: ꝛ corpus anteq̄ȝ ex eo liniat̄: oleo roseo sit in
unctū. Qd̄ aūt ip̄m in corpe pustulas facere nō p̄mittit est
vt cū aqua calida lauet̄ vsqȝquo remoueat̄: ꝛ postea in aq̄
frigida diu moretur corpus: ꝛ aqua frigidissima sup ip̄m
fundatur: ꝛ p̄pter super loca in quibus pustule nasci so
lent: ꝛ adustio fieri. ¶Si autem adustio fiat: lentes excor
ticate ꝛ trite mixte cum aceto ꝛ aqua rosea: ꝛ locis adustis
epithimate pāno desupposito ligent̄. Sed si qn̄ ampulle

nascanť ꝛ caro adurať: cū vnguēto de cerusa: ꝛ vnguentū qđ fit ex merdasengi ꝛ oleo roseo ꝛ albumine oui curetur. Hoc quoqꝫ pustulas in corpore fieri ꝓhibet. s. vt post psilotri remotionē cū aceto ꝛ oleo roseo fortis fiat fricatio.

De sahafa: ꝛ sunt vlcera crustas habētia: q̄ in capite nascunť vel faciē q̄ multotiēs siccissime existūt rugose ꝛ albe ꝛq̄nq̄ humore abūdātes ꝛ virus ex se fūdūt. Cap. xvj.

h **Ec aūt** curanť vētosis in nocra positis: ꝛ aptione alicuius venarū q̄ est in cute capitis vel post aures. Et que illarū maior fuerit apiatur. A rebus q̄ꝫ acutis ꝛ salsis ac dulcibus abstineat. Et alatur cibis insipidis ꝛ bonis. ꝛ si patiens tolerare poterit venter cū apoçimate de mirabolanis ꝛ aloe ꝛ scamonea soluēdus erit. postea vō epithimatibꝰ epithimādus erit.

Epithima ad sahafa cū recens est ꝛ in corpe fit infantis. Ciene de curcuma alchana aristologia merdasengi: cortices granatoꝝ sumanť: ꝛ ex his oibus tritis ꝛ cū aceto ꝛ oleo roseo mixtis epithimeť locus. Cū aūt sahafa vetusta fuerint: sumať sal ꝛ calcātū adusta: sulphur ꝛ terra argenti viui: galle vene de cucurma merdasengi aristologia. omnia hec trita cum aceto ꝛ oleo roseo commisceantur ꝛ epithimenť. Sed cum sahafa sicca fuerit ꝛ alba frequēter fricāda erit cū oleo ꝛ cera ꝛ adipe anatis: ac aqua calida lauāda ꝛ mucillaginibꝰ. Patiēs vō cibis hūectatiuis sempalendus erit. Caputpurgiū q̄ꝫ p nares iniici debet ex oleo de semine cucurbitaꝝ: vel ex oleo de amigdalis dulc. vel violato. ꝛ his silibus. Ut si egritudo ad curandū grauis fuerit: locus scapellandus erit vt sanguis effluat: cui medicaminis acuti puluis supspargēdus erit: donec radicitus euellať. Postea vō cū vnguēto rubeo qđ cōficitur ex merdasengi ꝛ aceto ꝛ oleo: ꝛ venis de curcuma mediceť. De his aūt q̄ sahafa mollē remouēt penitꝰ est fricatio cū aceto ꝛ sale ꝛ vsnē viridi multotiēs facta. Hec em̄ eā remouet ꝛ penitus destruit.

De his que faciē albificant ꝛ cutem subtiliant ꝛ faciem claram ac lucidam efficiunt. Caplm xvij.

s **Umātur** farina ciceris ꝛ fabarū ꝛ ordei ꝛ amilū ꝛ dragagā. ꝛ semen rafani ꝛ cū lacte conspergētur ꝛ ex eis facies in nocte epithimetur: ꝛ aqua calida in qua viole sicce cocte fuerint ꝛ furfur in mane lauetur. Hoc decem noctibus fieri debet. Sumera alia conueniens ꝛ fortis. Sumantur amigdale excorticate ꝛ amilum ꝛ dragagan. ꝛ commisceantur oia cū aqua croci hortulani: ꝛ ex eis epithimeť facies in nocte ꝛ laueť in die cū aqua in qua viole sicce ꝛ camomilla cocte fuerint. Aut sumanť amilū ꝛ drag. ꝛ amigdale dulces excorticate: ꝛ cū lacte cōsperganť ꝛ epithimetur ex eis facies: ꝛ cū cepit siccari remoueť epithima. Qđ postq̄ꝫ p hebdomadā vnā factū fuerit: aqua cal'a locꝰ est abluēdus. De his q̄ colorē efficiūt rubeū. Cap: xviij.

s **Umera** q̄ colorē vehemētē rubeū facit. Rl. sinapi albi: arsenici rubei ptes equales. Hec trita cū lacte cōsperganť: ꝛ ex eis p hebdomadā vnā facies epithimeť: ꝛ sit epithima leue ꝛ subtile. Sumera alia. Rl. croci orietalis rubee cū q̄ tinctores tingūt: thuris myrrhe masticis ptes eq̄les: succi cepe que vocať bulbus tm̄ vt ex eo possint ɔfici. Et ex hac ɔfectiōe facies in nocte liniať ꝛ in die laueť. De his vō q̄ colorē faciei rubeū efficiūt est cicer: ꝛ ficus: ꝛ mala granata dulcia. ꝛ carnē comedere ꝛ vinū rubeū ꝛ grossum potare: ꝛ eis q̄ ex melle fiūt vti: ꝛ cū aqua calida dulci sepe lauari ꝛ ouoꝝ vitellos edere ꝛ assam. Est. n. in altit colorē faciendi rubeū ꝓprietas: qđ etiā in aliis inueniť silr. Medicamen colorē faciēs rubeū. Rl. ysopi sicce. ʒ. x. croci orientalis. ʒ. iij. çuchari. ʒ. xiij. ex his fiat puluis. de quo singulis diebus due sumantur. ʒ.

De his que colorem citrinant. Calm xix.

e **Xhis** q̄ colorē efficiunt citrinum sunt in locis morari calidis: ꝛ aq̄s bibere q̄ nō mouentur: ꝛ aceto in comestione frequēti vti: faciēq̄ꝫ cum cimino sinapismare. Macardach quoqꝫ faciē reddit citrinā ꝛ comestio luti: ꝛ vigilie multe: ꝛ tristari. ꝛ cibo in quo de cimio multū sit admixtū vti: vl' frequēter ip̄m adorare colorem efficiūt citrinū: ꝛ qui in domo in qua multū est ciminū iacet citrinitatē incurret faciei.

De his que colorem denigrant. Cap xx.

o **Pponi** soli: ꝛ comedere ex cibis salsis: ꝛ dimittere balneationē. Et de his que superficiem nigredine afficiunt: est vt cuꝫ psilotro ꝛ merdasengi epithimeť. Fortiter em̄ eius denigrabitur color: qui remoueri nisi duriter nō poterit. Quē si remouere fuerit necesse: cū aceto in quo vsnem recens decoctū fuerit: locus lauetur atqꝫ lacte acetoso: ꝛ cū citri acetositate: ꝛ farina ciceris ꝛ aceto multis fricetur vicibus. Sumere qq̄ꝫ multis diebus sunt faciende: donec ad suā reuertatur locus dispositionē. Coꝝ preterea q̄ colorē denigrant: est origanū frequēter comedere: ꝛ mirabolāis vti ɔditis.

De illis que delent pannū. Caplm xxj.

q **Uod pannū** remouet est faciē cū semie raffani epithimare: vel cū semine eruce: vel cū fece croci hortulani decocta: donec ingrosseť: costo ꝛ cinamomo tritis: ꝛ ex ea cōspersis epithima faciendū: vel sinapi sumatur ꝛ cum ficubus teratur: ꝛ ex eis locus cum aqua calida infusus faciei supponatur donec rubescat: ꝛ medicamen ipsi adhibeatur.

Et est obseruandū ne facies vulnereť: sed cū dolore inceperit medicamen est auferendū: ꝛ locus quiescere permittēdus. ꝛ postea ad medicamē est redeundū. Medicamen qđ pannū remouet Machael ꝛ amigdale ꝛ semina melonū sumanť ꝛ excorticenť oia: ꝛ terra argenti viui equali mensura: ꝛ ex eis fiat epithima: vel machael semina: ꝛ amigdale ꝛ bdelliū molle teranť cum aceto: ꝛ fiat ex eis epithima. Medicamē aliud remouēs pannū. Re. lupinoꝝ. se. raffani. se. eruce. costi. amigdal'. amaraꝝ. baurach. piperis. ꝛ bdellij. equalia pondera. confice sic bdelliuꝫ in aqua acerdech dissoluatur: ex quo alie medicie cōspergātur. ex q̄bus fiat epithima.

De medicādis lentiginibꝰ nigris ꝛ puis. Cap. xxij.

e **X eis que** lentigines auferūt siue sint parue siue magne cū sunt accītes: sunt flōmare: ꝛ colerā nigrā a corpore frequenter expellere: serūq̄ꝫ cū epithimo: ꝛ epithimi apoçima bibere Qđ similiter fieri cōuenit: cum pannus epithimatibus remoueri nō pōt: ꝛ postea ad epithima redeūdū. Epithima ad lentigines magnas ꝛ paruas: faria lupinoꝝ ꝛ amigdalis. amar. excorticate ꝛ baurach ꝛ semen raffani sumātur. ꝛ ex eis cum mucillagine fenugre. ɔfectis: facies fina pismetur. q̄ tn̄ prius cū pāno aqua calida infuso madefiat aut medicamine vti volens de balneo egrediať. Aliud epithima. farina lupinoꝝ ꝛ amidgl'. amare ꝛ semē caulis sumanť ꝛ ex his oibus cū lacte ficulnee collectis epithiafiat. Aut fiat emplastrū ex sapone: ꝛ cū pungere ceperit laueť locus: ꝛ inūgatur ex oleo amigdalino: postea vō iterū vt prius sapo apponať: vel ex amoniaco dissoluto epithima fiat. aut mabdach: dissoluať cum mucill'. fenugre. ꝛ epithimeť. Omne aūt epithia qđ ad neruos facit: ꝛ ad lētigenes magnas ꝛ puas ꝛ ad pānū postq̄ꝫ patiēs balneū exierit: aut locus cū pāno aqua calida infuso multotiens hūectatꝰ fuerit: donec rubeus fiat ꝛ subtilis faciēdū erit.

De illis q̄ auferūt cicatrices vulneꝝ. Cap. xxiij.

¶ Et caueatur ne aliqs vllo modo flebotometur post passionē colericā: ⁊ vomitū. ⁊ ventris fluxum. ⁊ post multuꝫ coitum ⁊ post laborem ⁊ vigilias ⁊ postremo post oīa que corpus dissoluūt aut fortiter calefaciūt. ¶ Sanguis autē mēsura q̄ est extrahend⁹. oportet vt sit ſm vsū. ⁊ ſm dispositionē cuius causa flebotomia exercetur. atqꝫ scd̄ꝫ virtutē. ¶ Qui autē calidū apostema patitur vt pleuresim aut ei similes egritudines cū flebotomatur. mutationem coloris sanguinis a ꝓpria dispositiōe attendere debet. Apostemate autē carēs cū flebotomatur. nō debet hꝫ in suo sanguine obseruare. cum totus eius sanguis sit eq̄lis. In habentibus q̄ꝫ apostema calidū cum flebotomāt̄ si sanguinis tardauerit mutatio. ⁊ timor destructiōis virtutis affuerit. sanguis est restringend⁹. necē expectandū donec sanguis mutetur. ¶ Q̄d si aliqs in die flebotomie bibat. donec inebrietur. ipius brachiū duabus cingatur ligaturis. cui insup vigiles qui ipm̄ custodiāt adhibeantur. In plerisqꝫ eni eorum sanguis adeo decurrit: donec quidam moriātur. ⁊ quidā morti approximēt. Quapropter cū hmōi aliquid acciderit. ⁊ postremo cū sanguinis vndecunqꝫ fluxerit multitudo. donec virtutē ꝓsternat. aqua carnis ⁊ vinuꝫ subtile ac bene redolens. in quo sit fortitudo. infirmo subito tribuantur. ⁊ res bene redolentes ei tribuant̄. Q̄d si ad hec iam ꝑuentū fuerit vt iaꝫ nihil traijcere possit dentes egri apiant̄. ⁊ aqua carnis cū pauca miua muscata. ⁊ vino bene redolēte. in ipi⁹ os mittatur: totiqꝫ corpi res bonū reddentes odorē: ⁊ precipue pectori ⁊ ventri adhibeantur. Nares q̄ꝫ interius ex algalia inungant̄. Eger etiā hora post horā suffumigetur. coram cuius facie pulli discerpantur assati atqꝫ ipius naribus redolentes. qui appetitū excitare cōsueuerūt. applicentur. vt sunt tuceta ⁊ eis similia. ¶ Et sincopis quideꝫ que simul apud flebotomiā accidit essentiā. ⁊ ea que diximus ſm plurimū ꝓhibent. ¶ Sed si cū flebotomia nausea euenerit. penna in os infirmi vt vomat ē mittenda deinde aqua rosata. aut aqua frigida sup ipm̄ est roranda atqꝫ fundenda. ⁊ in ipsā est mittendus. est etiā clamore vocandus atqꝫ mouendus. Qui si cū hoc ad memoriā non fuerit reductus, muscus ei⁹ narib⁹ ē insufflandus: ⁊ in ipius os galia mittēda vinūqꝫ cū pauca aqua tempatū fūdēdum. Os q̄ꝫ stomachi fricandū. ⁊ reliquū corpus ei⁹. Deinde ad penne i os immissionē. atqꝫ ad totū ipi⁹ regimē redeundum. ¶ Sincopis vero cum qua non adest nausea. mala existit. Quapropter tūc vt vomit⁹ sequatur nō est ingemiandum. sed in ipius cura valde est studendum atqꝫ sūmope elaborandū. vt succus carnis ⁊ vinum subito ei tribuantur: ⁊ atib ei adhibeantur. Ipe q̄ꝫ fortit̄ moueatur ⁊ clametur. ⁊ aqua super eum roretur. ¶ Plerūqꝫ etiam qui sincopim patitur. ex sono timpanorū ⁊ fistulis atqꝫ ex litigijs necnō ex clamorib⁹ ad memoriā redit.

¶ De ventosis. Cap. xxij.

V Entose sanguinem nō nisi ex paruis venis et in carne dispersis trahunt. Ideo qꝫ sicut flebotomia virtutē nō debilitant. licet corporis minuānt repletionē. ¶ Loca vero in quibus ventose solent poni. sunt ista scilicet locus qui ē inter duo cornua occipitij: ipsiusqꝫ occipitij duo cornua. ⁊ locus qui ē sub mēto. ⁊ alius locus qui inter duas inuenitur spatulas et loca que in crurium pulpis interioribus inueniūtur. ¶ Ventosa autem que in loco qui est inter p̄dicta cornua ponitur. grauedini atqꝫ vanitati que in capite existūt: cōfert. ¶ Sed sanguis qui cū ventosis que in duobus ponūtur cornibus extrahit̄ur. faciem atqꝫ caput. necnō oculos alleuiat: grauitatiqꝫ que est in capite. ⁊ doloribus qui in dentiū radicib⁹ fiunt: auxiliatur: ⁊ fortasse predictas actiōnes q̄ꝫtum flebotomia adiuuat. ¶ Ventosa vero que ſb mento ponitur: paruis pustulis que sūt in ore: ⁊ dentib⁹ nocumentum prebent: remediū affert: atqꝫ gingiuarum corruptōni necnō his similibus quecunqꝫ in ore fiunt. remediatur. Illa autem que inter spatulas locatur: tremori cordis qui est cum repletione ⁊ calore valet. ¶ Sed illa que in cruris pulpa ponitur: repletionē vehementer minuit: ⁊ antiquis doloribus qui in matrice aut renibus aut vesica fiunt: confert ⁊ prouocat menstrua. Corpus tamē plerūqꝫ macrescere facit: sincopisqꝫ ex ea accidere cōsueuit. Quibus autem pustule ⁊ carbunculi accidere solent auxilium prebent.

¶ De sanguisugis. Cap. xxiij.

S Anguisuge cum in locis ponuntur vbi est impetigo: aut sahapha: aut vulnus malū ⁊ antiquū: corpore prius flebotomia inanito auxiliū prebent. Postq̄ꝫ vero ceciderit. Locus adhuc si vt ibi ponantur fuerit possibile: vētosis erit sugendus: ⁊ multa aqua calida lauandus: ⁊ fricandus et cōprimendus quando quod diximus possibile fuerit. Et melius est vt post ventosarum etiā positionem ſm q̄ꝑ diximus lauetur. Q̄d si post ipsarum casum sanguis resudare ceperit: panni linei aceto infusi supeponēdi erunt. Et si taliter ꝑseuerauerit: terra figulorum: aut tegule recentes trite: vt alcohol ⁊ balaustie combuste ⁊ contrite desuper erunt ponēde. ¶ Est etiam obseruandum vt cū sanguisuge capiuntur. per diem mediam sic dimittantur deinde in membro postq̄ꝫ confricatuꝫ aut aqua calida fuerit superfusum donec rubeum fiat sunt ponende. Et si adherere noluerint locus ex sanguine recenti liniatur. Et si volueris vt a corpore cadant. tunc pulueriça sup locuꝫ in quo sunt suspense salem aut cinerem.

¶ De vena medeme siue ciuili. Cap. xxiiij.

H Ec egritudo corporib⁹ calidis ⁊ squalidis ⁊ membris in quib⁹ est pauca humiditas accidit. Que licet in crurib⁹ plerumqꝫ egrediatur: quandoqꝫ tamen etiam in alijs apparet locis. Ante vero q̄ꝫ apparere incipiat membro accidit feruor: post queꝫ aliquis eius locus vesicatur a quo post hec vena exire incipit. ¶ Ex his autem que hāc prohibent egritudinem accidere est corpus cum dieta ⁊ baneo humectare ⁊ ne olera ⁊ fructus in regionibus in quibus hec egritudo accidere consueuit comedantur ꝓhibere. Hec enim quomodo nominauimus predictam generant egritudinem. ¶ Sed cuꝫ locus ampulari incipit et vena ad exeundum festinat: confert vt eger in die prima. ʒ. s. de aloe. ⁊ in secūda. ʒ. j. ⁊ in tertia. ʒ. ij. bibat. ⁊ loc⁹ etiā ex aloe epithimetur: destruet enim ipsam omnino.
¶ Postq̄ꝫ vero exiuerit: quod ex ea foris apparet super arundinem paruam ex plumbo factam cui⁹ pondus sit ʒ. vnius est inuoluendum: et cum predicta cāna ligandum ⁊ vt pendeat dimittendum. Ex ipsius nāqꝫ grauitate: incipiet descendere et prolongari et citius egredi. Et cum ex ea aliqua pars exierit: circa plumbum inuoluat̄ et ligetur. Si autem quod iam egressum est longum fuerit: incidatur ⁊ quod remansit inuoluatur: ne tamen radicitus auferatur est obseruandum. Quia si sic factū fuerit;

contrahetur. ⁊ intrabit carnem ⁊ apostema putridum ⁊ vlcus malignū generabit. Quapropter huic egritudini blandiendo est subueniendū: ⁊ paulatim vena est extrahenda: donec omnino egrediatur: ⁊ nihil ex ea in corpore remaneat. Si autem ipsam radicitus incidi contingat in ipsius foramen ponatur radius: ⁊ in longuz fundatur ⁊ bene aperiatur: donec quicquid ex sua materia continet̄ euacuetur. Butyrum quoqʒ per aliquot dies supponatur donec putrescat: ⁊ eius consumatur materia: deinde cum his que carnem generant curetur.

¶De extractiōe sagittarū ⁊ hastularū ⁊ spinarū. Cap. xxv.

CUm sagitta in p̄fundum vehemēter penetrauerit non est fortiter agitāda: quia timet̄ ne rumpatur. Si aūt possibile fuerit vt instrumentū qd̄ sagittarum vocatur forceps mittatur in vulnus donec ad hastulaz p̄ueniat: imittendū est. Sed si fuerit impossibile: vulnus prius dilatandum erit: deinde instrumentū in illud mittendū: ⁊ adeo imprimendū donec hastulaz mordeat: qd̄ postq̄ʒ ita gestū fuerit: instrumentū in suis extremitatibus que sunt exterius erit stringendū: deinde aliquibus vicibus agitandū: vt p hoc probetur fixionis q̄ntitas: postea extrahatur: predictū naqʒ instrumentū: postq̄ʒ sagittā momorderit: vix ab ea separabitur: quia eius os est vt lima. Ideoqʒ ex pauca cōstrictione: in eius extremis fortiter cōstringit̄ sagitta. ¶Sagitta quoqʒ si in lacertū penetrauerit adeo vt locus per quē intrauit ad eius exitum sit durus: ⁊ alterius partis locus ad ipsius extractionē sit facilis: findat̄ alia pars: ⁊ deinde extrahatur. ¶Spine vero ⁊ astelle: ⁊ ciceçu: partes: ⁊ alia ab illis que corpus intrant: ex empl'o de rebus relaxātibus facto supposito sunt extrahende. Cum eni locus mollificatus fuerit: id qd̄ corpus fuit ingressum: ad eum egredietur. Unde etiā qdam sunt q has medicīas extractiuas vocant. ¶Ex his aūt q̄ predicto modo operant̄: est amoniacū q̄n ex eo cū melle mixto emplastrū loco supponit̄: aut ex cepis narcisci cū melle tritis fit emplastrū: aut cum radices arundinū cum melle trite supponunt̄: aut cū ex oībus istis simul commixtis: fit emplastruz. q: tunc eorum operatio validior erit.

¶De plagis capitis ⁊ fractura cranei. Cap. xxvj.

CUm ex capitis p̄cussione os non fuerit fractum: puluis ex aloe: ⁊ mirra ⁊ sanguine draconis: ⁊ olibano: ⁊ corallis: desup est spargendus. Ex hoc enim velociter sanabitur. Sed si os ita fractum fuerit: vt inferius descendat: ⁊ abscindatur craneū: non est hoc negligendū. Quia ex hoc itellectus turbatio ⁊ spasmus accidūt: ⁊ postea mors festina consequtur. ¶Os igit̄ illud velociter est extrahendū ⁊ ne pāniculus q est sub osse rumpat̄ obseruandū est. Ad hoc aūt operandū: medicus sapiēs: ⁊ suauissime operans est necessarius. Q aūt de hoc mentionē in hoc loco facimus: nō ob aliud facimus: nisi vt ostendamus q̄ʒ magnus ex hac egritudine sit timor: ⁊ vt subito in ossis extractione studiū impendat̄: anteq̄ʒ p̄dicta p̄tingāt accidētia que mala sunt ⁊ vitari non possunt. Et medicus qdem caueat oībus modis quibus potest: ne panniculus qui est sub osse rumpatur.

¶De deceptoribus. Capl'm. xxvij.

DEceptorum fraudes tot sūt: quot hic noster liber totus eas cōprehēdere non posset. Eoꝝ quoqʒ audacia: ac inuerecundia: nec nō p̄cessio qua cognoscunt se pro nihilo affligere hoīes: in vltimo finis: post quē alius nō reperit̄: existunt. Sunt naqʒ ex eis quidā qui epilepsiam sanare se p̄fiteantur: ⁊ ideo capitis initium in posterioribus in modū crucis findunt: ⁊ quedā que in suis tenēt manibus ex vulnere extrahūt: hoībus tū fidem faciunt: qd̄ ex p̄dicta incisione ea extrahāt. ¶Alij quoqʒ sunt q faciūt vt credat̄: qd̄ ex naribus paruā attrahāt lacertam: naribus infirmi tentā acutā aut ferrū imittētes acutū: cū quo radere incipiunt donec sanguis exeat: deinde agūt vt rem quā in manu tenent lacerte similē a naribus extrahere videant̄: quā ex venis epatis faciūt. ¶Sunt etiā alij qui faciūt vt credat̄: qd̄ albuginē oculo auferāt. Qui cū ferrū in oculū miserit prius cum ipo fricare incipiunt: deinde in oculū subtilez mittūt pāniculū: quē cum ferro extrahentes. q de oculo extraxerint dicūt. ¶Sunt p̄terea alij q dicunt se aquā ex aure sugendo extrahere: qui aquā in ore tenētes: vnā arūdinis extremitatē: in suo ore: ⁊ aliam in aure infirmi ponunt ⁊ sugunt: deinde per arundinē aquā quā tenebant in ore expellūt: dicentes se ex aure extraxisse. ¶Alij itidē sunt: qui vermes in aures: ⁊ in dentiū radices occulte mittant: ⁊ dicūt qd̄ ex locis illis extrahūt. ¶Sunt etiā quidā qui faciūt vt credat̄: q ranula desubtus linguā extrahāt Ideoqʒ ibi incidēdo fixurā faciunt: in qua glandulā q̄ adheret ponunt: deinde extrahunt eam. ¶Cur aūt nominē illos qui vulneribus ⁊ vlcerib' ossa mittūt: ⁊ postq̄ʒ p aliq̄t dies ibi stare p̄miserint: extrahūt cū frequēter h' faciāt. ¶Sunt etiā quidā qui cū de vesica q̄nq̄ʒ lapidem extraxerit: aliū adhuc ibi esse lapidē dicūt: ideoqʒ faciūt vt credatur q inde aliū extrahūt lapidē. Q̄nqʒ etiā tangūt vesicam: nō pro certo sciētes q in ea sit lapis: incidūt tamen. Et si nō inueniūt ibi lapidē: imittūt ⁊ extrahūt. ¶Quid aūt attinet dicere de his q carnē ani incidūt emorroydas in ipo esse dicētes cū hoc sepissime faciāt: ⁊ ad emorroydas ⁊ vulnera pessima q̄ nō prius aderāt p̄ducant. ¶Et sunt nōnulli qui flegma vitreū ex coxa aut virili mēbro: aut ex quocūqʒ loco corpis voluerint: se extrahē affirmēt. Ideoqʒ locū scarificādo scindūt: ⁊ cū embuba quā illi loco supponunt aut sup caput virge multotiēs sugendo humorē aliquē quē in ore abscōditū tenēt p embubā in cimmile fundunt. ¶Sūt etiā quidā q p̄fitent̄ se oēs egritudines q̄ sūt in corpe in vno p̄gregaturos loco: ⁊ inde extracturos: hi aūt locū cū hezhengi fricare incipiūt: vnde ibi pruritus ⁊ vehemens ardor fiunt. Qui postq̄ʒ hoc egerint: se remunerari expetūt vt a p̄dicto loco egritudinē remoueāt. Remunerati vero: locū oleo inungūt: ⁊ sedat̄ pruritus eius ¶Sūt aūt alij q hoīem suspicari faciūt q aut pili aut vitrū ei data fuerint. Qui pēnā accipiētes in os ipsius mittunt ⁊ vomere faciunt: cum penna tamen illud in guttur eius mittūt. Deinde extrahūt res multas hui' generis q̄s ipi faciūt. Unū ⁊ hoībus maxīa infert nocumēta ⁊ fortassis q̄nqʒ eos interficiūt. ¶Hec aūt oīa nō ob aliud sunt sapiētibus occulta: nisi q: se cōmittūt eis. nō existimātes q i eis sit malū: neqʒ inde dubitātes. Sʒ q̄n eoꝝ cordib' aliq̄ aderit suspicatio: ⁊ eoꝝ ceperint facta p̄scrutari: oculis multis idē suspicātibus: eoꝝ p̄palabunt̄ mendacia. Quapropter sapiētes eoꝝ manib' se cōmittē nō debēt: neqʒ aliqd ex medicis q̄s ipi dant sumere: q: multos iā interfecerūt. ¶Completus est tractatus septimus dei bonitate.

Tractatus. VIII. quinquagintaqʒ continens capitula.

¶De collectionibus ⁊ aggregationibus ſanationis vene noꝛum ⁊ moꝛſus venenoſoꝛum aialiũ ⁊ cautela. Cap. j.

Umme ⁊ aggregationes medicãdi ve/ nena: ⁊ moꝛſus venenoſoꝝ ani maliũ: ⁊ cuſtodiẽdi ſe ab eis. Qui cibũ aut nutri ens aliqđ ſuſpectũ habuerit: opꝫ vt in quo eſt ſu ꝑflua dulcedo aut ſupabũdans acetoſitas: ⁊ ad vltimum qcqd ſapoꝛẽ habet ſupabundantẽ ⁊ foꝛtẽ: nequaq̃ꝫ come/ dat. Pernicioſe eni medicie nullo modo miſceri poſſũt niſi talibus n utriẽtibus. ¶Malum q̃ꝫ ſi habuerit cibus odoꝛem dimittẽdus erit. ¶Si qs preterea timet ne vene num ei tribuaf aliquã ex medicinis q̃ venenoꝝ opationẽ remouere aut debilitare ꝯſueuerũt aſſidue ſumere debet ſi eas hauriendo in potu venenũ preuenire poterit: quas in fine huius tractatus noiabimus. Qꝫ ſi qñqꝫ contingat ipm ante eaꝝ potũ venenũ ſumere opꝫ vt ea hoꝛa q̃ muta tionem ⁊ eſtuationẽ ſentire cepit: aqua tepida ⁊ oleum ſi/ ſaminũ ei in potu tribuanf. De quibus tantũ ſumat donec venter repleaf: deinde vt vomat ꝑſuadendũ. Si aũt vo/ mitum tardari ⁊ pigritari cõſpexeris: in aqua coque ane tum cui in predicta aqua mel ⁊ baurach ⁊ ſalem ãmiſce

Cũqꝫ eum multotiens vomere feceris: attende an in infe rioꝛibus ventris eſtuationẽ ſentiat. Qꝫ ſi ita fuerit colliriũ ano ſuppone aut cũ cliſtere ventrem ſolue. In ſtomacho autem ſi predicta ſenſerit accidentia: medicamen eſt ei tri buendum: qđ cum biberit ſoluatur. Eſt etiam melius vt vtrũqꝫ ſimul ꝑficias. ¶Et ſi poſt hec eger ab omnibus q̃ ſentiebat quieuerit: vtile erit. Si autem nõ: cõſidera que accidentia ipſum cõmittanf vꝫ. ſi eſt ſtimulatio ⁊ inciſio: ⁊ in aliquo loco vẽtris coꝛroſio: aut ſi eſt feruoꝛ ⁊ ſudoꝛ ⁊ faciei ruboꝛ. ⁊ venarum tumoꝛ. atqꝫ anguſtia ⁊ ſitis: ⁊ fe/ toꝛ oꝛis: ac oculoꝛum citrinitas aut cõgelatio: ⁊ eleuꝫegi ⁊ ſtupoꝛ: atqꝫ ſubeth. aut ſi nullũ predictoꝛũ in ipſo appa ret. ipſe tamẽ deterioꝛari ĩcipit. cui ẽt ſincopis ⁊ ſue virtu tis diſſolutio frequẽter accidunt. ¶Accidẽtia nanqꝫ que pꝛius noiauimus: venenoꝛum calidoꝛum ⁊ coꝛroſiuoꝛũ ſunt: ¶Secũda autem que modo retulimus ſunt accidẽ tia venenoꝛũ que cum tota ſua ſubſtantia hominũ cõple/ xionibus contraria inueniunf. ¶Qꝫ ſi pꝛima inueneris accidẽtia: lac ⁊ butyrũ ⁊ oleum amigdalarũ ad potandũ egro tribue. quẽ etiam cõfectiones ex ꝫuccharo calidas ⁊ ſubtilitiuas cum oleo amigdalarũ dulciũ ſumere facias: hoc nãqꝫ veneni acuitatem frangit: ⁊ eius repꝛimit moꝛ/ dicationẽ. ¶Secũda autem cum intellexeris accidentia aqua cum niue: ⁊ ſauich cuꝫ aqua ⁊ niue ⁊ ꝫuccharo. atqꝫ aquã ro. ad bibendũ tribue. ¶Trociſcos quoqꝫ de cam/ phoꝛa eũ ſumere facias: oleũqꝫ roſeum infrigidatuꝫ vt bi bat ſuade. ¶Preterea attende in quo loco coꝛpoꝛis ve/ hementioꝛẽ ſentiat inflãmationẽ cui ex lenticula aque in niue infrigidata emplaſtrum ſuperpone: qđ tamdiu mu tãdo renouabis: donec locꝰ ex frigoꝛis nimietate ſtupidꝰ fiat: deinde pſilium: atqꝫ lac vaccinum de quo butyrum extractum fuerit: necnõ frigidoꝛum fructuum ſuccum ei tribue. In quo ſi repletionis apparuerint ſigna: ipſuꝫ fle botoma. Ventrem quoqꝫ ſi ſtrictus fuerit: cuꝫ medicina ſolue: deinde ciba cum extractione ⁊ infrigidatione.

¶Tertias autem ſignificationes ſi conſpexeris: allia ⁊ ſina pi: ⁊ ex medicamine de aſa egro tribue: vinumqꝫ vetus ⁊ foꝛte ac purum: eum potare facias. Ipſum tamen doꝛmi/ re non permittas: ſed fac eũ ſitire: coꝛpuſqꝫ eius frica atqꝫ caput ⁊ pectus ⁊ cum panno calefacto calefacias.

¶Significationes autẽ quarte cum apparuerint cito ſuc/ curre. He enim venenoꝝ ſignificationes omnibus ſũt de terioꝛes: vtpote necem velocius inferentes. Tyriacam er go de viperis: aut metridatũ ei ſtatim tribuas: vinũqꝫ ei ad potãdũ da: ⁊ ex rebus odoꝛiferis ei adhibitis: atqꝫ ſuc co carnis ipm confoꝛta. ¶Eum quoqꝫ in loco ventoſo: ac frigido ſedere facias: quẽ ſubtiliſſimis camiſijs in aqua roſata ſandalũ habente rubeũ infuſis veſtire debet: locũ qꝫ qui eſt in oꝛe ſtomachi ipſius fricare cõuenit. ¶Eum quoqꝫ aliqbus hoꝛis ſternutare ⁊ vomere facias. ¶Hic ṽo ſi multũ debilis extiterit in ipſius os ventũ ſuffla aut flabellãdo ĩtrare coge. Cui ſi frequẽter acciderit ſincopis q̃ foꝛtis exiſtat ⁊ occulteť pupilla: pulſus q̃ꝫ atqꝫ anhelitꝰ ad vltimũ ꝑueniãt debilitatis: ⁊ ſupuenerit ſudoꝛ ꝑuus ⁊ fridus ꝓculdubio moꝛif. ¶Ventoſoꝝ aũt aialiũ pũctura ⁊ moꝛſus: ſi cuius fuit ignoꝛaf: illico ex q̃ moꝛſuꝫ ſenſerit patiẽs: ea pars q̃ loco moꝛſus ſupeſt ligãda eſt: locuſqꝫ ſu gẽdus. Vẽtoſa quoqꝫ vehemẽter ignita aut vẽtoſa cũ ſca/ rificatiõe loco ſupponẽda eſt: atqꝫ ex pullis in medio ſciſ ſis caſis exñtibꝰ empl'm ſup locũ patientẽ eſt ĩponendũ.

¶Poſtq̃ꝫ ṽo eger caloꝛẽ iã qeuiſſe: nec ad coꝛpis ꝓfundũ. penetrãdo accedere ꝑſenſerit. iã bonitatis ſpes aderit. Qꝫ ſi nõ hoc mõ fuerit: empl'm ex fimo colũbino ⁊ mẽtaſtro aut ex ſulfure ⁊ vꝛina: aut ex iſto empl'o ſupponaf: qđ Rꝫ. caſtoꝛei: ſerapini: aſſe: ſulfuris: fimi colũbini: mẽtaſtri: pu legij: ceruini: oĩuꝫ ꝑtes eq̃les. picis: ⁊ olei veteris q̃ꝫtũ ad eoꝝ cõmixtionẽ ſufficere poſſit: ex his oĩbus in moꝛtario eouſqꝫ cõquaſſatis donec vniant fiat empl'm. ¶Infirmꝰ aũt ſi cũ ꝑus in mẽbro friditatẽ pateref ex huiꝰ empl'i ſu/

perpone remediū senserit: ex rebꝰ calidis ip̄m curare
stude ⁊ ecōtrario. Si aūt ad hoc peruentū fuerit: vt infir/
mus in loco morsus aliq̄d vnū de accidentibus q̄ noiaui/
mus p̄senserit: ⁊ ex medicinis q̄s ibi retulimus sanetur.
¶ Ideoq; opꝫ vt nemo cū aiali ludat q̄d ignorat: neq; rem
quā nescit in os suū mittat: neq; corpus suū ex ipsa fricari
faciat. In mansionibus q̄ꝫ vbi hm̄oi aialiū timor existit
fenestre claudantur: ⁊ se vt postea dicemus si deo placue/
rit custodiat.
¶ Descriptio medicaminis de asa q̄ ad frigida venena fa/
cit: ⁊ ad scorpionū ⁊ ruthele morsus: necnō egritudinibꝰ
frigidis cōfert. ℞. folioꝝ ruthe sicce: costi: mētastri sicci:
piretri: cordumeni: omniū ptes equales: ase q̄ꝫtū est om/
niū pars quarta mellis q̄d sufficit: dosis eius q̄ in potu su
mitur a magnitudine incipiēs auellane: vsq; ad nucis ꝓ/
tendit magnitudinem.
¶ Medicamen ex nucibus ⁊ ficubus q̄d oēs venenosoruꝫ
aialiū modos nocere ꝓhibet. ℞. nucū a duabus cortici/
bus excorticatarū partē. j. salis grandinosi: folioꝝ ruthe
amboꝝ: añ. sextā vnius partis ficuū albarū q̄ꝫtum ad pre
dictoꝝ sufficit cōmixtionē. Ex q̄bus cū mixta fuerit nucis
fiat similitudo ⁊ comedatur. Quibus vti incipiat q̄cunq; ne ve
neno pimatur: timet: ⁊ sumat ex ea etiā ante cibū suū: hoc nāq;
est medicamē: q̄d venena expellit. ¶ Tyriaca de terra si/
gillata: que est expta. Nam si ex ea aliq̄s potauerit q̄ vene
num sumpsit vomere nō cessabit donec totū vomat vene
num. ℞. terre sigillate: bacarū lauri: vtriusq; partes eq̄
les terantur: ⁊ cū butiro vaccino inūgantur: ⁊ cū melle ꝯficiā
tur ⁊ recondatur medicamē: de quo ante cibū in quo mala
habetur suspitio: aut post eū aliquid sumatur: aut etiā cuꝫ ma
lum supuenerit accñs. Nam si ea vtens venenū sumpse
rit: ilico eū vomere faciet. Et si venenū nō acceperit: ne/
quaq̄ꝫ vomitū aduenire faciet. Quapropter donec vomi
tus affuerit: ipsa in potu danda erit. Post hec aūt signifi/
cationes q̄ apparēt sunt attendēde: ⁊ ex medicinis quas
diximus cura adhibenda.
¶ Metridatū q̄d est medicamen nobile: quo si q̄s assidue
vtatur: cuius postea spēs tribuatur pniciosa: nō ei nocebit:
cū hoc q̄ꝫ cibi appetitū ꝯfortat: coituq; cōmouet: ⁊ colorē
reddit pulchrū: atq; malas cogitatiōes ex colera nigra. ⁊
ꝯfabulatiōes aie ꝓuenientes remouet. Urine q̄ꝫ difficulta
tē soluit: ⁊ antiquo vētris fluxui auxiliatur visumq; necnō
oēs alios acuit sensus. ℞. mirre croci orientalis: aga çinç.
cinamomi: omniū. añ. ʒ. x. thuris: macis: nardi nasturtij:
sq̄nanti: elsi: xilobal. sticados: siseleos: costi dulcis: galba
ni: terbentine: micropipis. castorei. ypoq̄stidos storacis li
quide: oppoponacis folij: omniū. ana. ʒ. viij. cassie lignee
melanopipis: leucopipis mellilotti: polij: scordeon: dauci
opobalsami: carpobalsami: medicaminis de fusio: bdel/
lij iudaici omniū. añ. ʒ. vij. spice celtice: āmoniaci: masti/
cis: gūmi arabici: seīs feniculi: rosaꝝ siccaꝝ: olixatri: cordu
mēi: gētiane romāe: pulegij ceruini oiuꝫ. añ. ʒ. ss. anisi. meu
acathie: saufel. ypericon: inguinis stici: omniū. añ. ʒ. iiij. as
sari: serapini: amboꝝ añ. ʒ. ij. opij. ʒ. ss. folioꝝ ruthe. ʒ. ij. ⁊
ss. Conficitur sic. gūmi vino funduntur veteri ⁊ in mortario do
nec mollescāt cū pistello agitantur: deinde cū melle dispu/
mato q̄d sufficit cōficiūtur. De hoc aūt medicamine q̄ꝫtuꝫ
est auellana aut parū plus aut parū minus est dandum.
Cū aūt aliq̄d supuenerit accñs: ⁊ fuerit necesse hāc medi/
cinā loco tyriace sumere: bibatur ex ea q̄ꝫtum est nux vna.
¶ Tyriaca de fusio que in metridato recipitur. ℞. passarum
mundatarū. ʒ. iiij. terbētine. ʒ. xxiiij. mirre. sq̄nanti. ambo
rum. añ. xij. cinamomi. bdellij blacte biçātie: spice celtice:
xilocassie: mellilotti: ciperi. bacarū lauri: omniū. añ. ʒ. iij.
calami aromatici. ʒ. ix. croci orientalis aspalti. amboꝝ. ana
ʒ. ij. ⁊ ss. Conficitur sic. ea q̄ mollificari possunt. in vino vete
ri posita resoluantur: donec liq̄da fiant. Alia aūt oīa trita ⁊
cribellata cū eis ꝯiungātur: ⁊ cū melle dispumato ꝯfecta
⁊ mixta reponantur. Hec nāq; est summa curationis vene

noꝝ. quoꝝ nō habetur noticia. Cū aūt q̄ sint ex eoꝝ signis q̄
dicturi sumꝰ sciri pōt. cū cura q̄ eis est ppria sanentur.

¶ De morsibus viperarū. Capl'm. ij.

Cum vipera aliquē momorderit. locus
q̄ est sup morsuꝫ vipere for
tissime est ligandus. Qui si morsus in mēbro fuerit
paruo. fueritq; morsus generis viperarū q̄ pessime esse
cognoscūtur. de q̄bus nō speratur vt ab eis morsi euadere
possint. membrū ilico sub ligatura abscindatur. Si aūt vipe
ra talis nō fuerit. patiēti ilico detur tyriaca de viperis fa/
cta. Non enim vsq; ad hoc nostrū tp̄s inuenimus q̄d a vipe/
rarū morsibus magis hac medicina liberare possit. ꝓpro/
prie q̄ recēs est. Qui si hec tyriaca nō est p̄ns tyriaca metri
datis ⁊ trocisci de herbo dentur.
¶ Trociscoꝝ v̄o de herbo hec est descriptio. ℞. seminis
andacolze aristo. rotunde: pigami: farine herbi: omniū
partes equales: ex istis tritis ⁊ cū aceto cōmixtis fiant tro
cisci: de q̄bus pondus vnius aurei cū vncia vini veteris
in potu tribuatur. Huius nāq; medicine virtus opationi
maioris tyriace in hoc capl'o vicina existit. ¶ Aut etiam
detur patiēti pondus duoꝝ aureoꝝ de asa cū vncia vna
vini. ¶ Butirū q̄ꝫ vaccinū ⁊ mel multotiens atq; cibos
vnctuosos ⁊ allia multa ⁊ nuces comedat: ⁊ vinū vetus
in potu sumat. ¶ Cibariū etiā ex nucibus ⁊ allijs ei p̄pa/
retur: post cuius comestionē vinū vetus fortissimū bibāt
¶ Loco p̄terea in quo est morsus ventosa cū scarificatiōe
supponatur: empl'm etiā q̄d in capl'o de vlceribꝰ diximus
adhibeatur. Et loca q̄ sunt in circuitu putrefactiōis: ex bo/
lo ar. ⁊ lenibus excorticatis: ⁊ aceto: vini epithimentur.
¶ Eger q̄ꝫ sōmetur: deinde q̄ haꝝ duarū rerū maiorem ei
inferat timorē considera vꝫ. an accñtia que loco morsus
accidūt: aut ea q̄ tota accidūt corpi. Nam sincopis ⁊ casus
⁊ sudor frigidus ei acciderint: tunc tua sollicitudo sit ma/
gis ad resistendum istis: q̄ꝫ eis que in loco morsus fiunt
Quapropter locus q̄ morsus est: nō est curādus nisi cum
eis solū que trahūt. ¶ Postq̄ꝫ v̄o iā dicta accñtia oīa ge/
uerint: ⁊ remota fuerint: ⁊ egro nō timetur nisi ex loco mor
sus: ne. s. in eo vlcera mala ⁊ putrefactio fiant: tyriaca tūc
egro nō approximet: neq; vinū: neq; medicine calide sūt
ei tribuēde: verū ip̄e est minuēdus: ⁊ ipsius regimen est
infrigidandū: ⁊ locus: cū medicamine vlcerū pessimorū
est sanandus: ⁊ est etiā cōburendus: ⁊ oino abscindēdus
cum hoc necesse fuerit vꝫ. si videris putrefactionē cito de
loco ad locum transire.
¶ De his aūt q̄ ad viperaꝝ morsus ꝓprie faciūt est: vt can
cri assati egro multotiēs dentur. Et ecce hiyriaca vltima ꝑ
qua magna secta bonoꝝ physicoꝝ iam testificata ē: q̄d ad
morsus viperarū q̄ꝫtū tyriaca maior valet. Cuiꝰ est descri
ptio. ℞. anisi. ʒ. x. pipis. ʒ. iij. aristo. rotun. castorei: ambo
rū. añ. ʒ. ij. ⁊ ss. conficiantur cū careno. De q̄ q̄ꝫtum est nucis
magnitudo in potu tribuatur. Qui v̄o a vipera morsus est
aut q̄ napellos i potu sūpserit: ne ea die dormiat ꝓhibēdꝰ
est. ¶ Tyriaca de vipis. ⁊ ip̄a ē tyrica mag. ℞. trocisc. vi/
parū: pōdus. xxiiij. aur. trociscoꝝ sq̄lliticoꝝ: pōdus. xlviij
aur. trocoscoꝝ ādaracharō. aur. xxiiij. melāopipis: macro
pipis: āboꝝ. aur. xxiiij. opij. cinomomi: rosaꝝ ru. tritaꝝ se
minis napi siluestris: scordeō. yreos. agarici. succi liq̄ritie:
balsami puri. oiuꝫ. añ. pōdꝰ. xij. aur: mirre. croci orientalis
çinçi. rauedseni radic. pētafilō. mētastri mōtani: prassij oli
satri. sticados arabici. costi amari. leucopipis pulegij cer
uini: olibāi: sq̄nāti: floris terbētine: xilocassie nig. spice idi
ce. polij: oiuꝫ. añ. pōdꝰ. vj. aur. storacis liq̄de: semis apij: sise
leos. nasturtij babylonici. ameos. camedreos. camepithe
os: ypoq̄stidos: spice celtice: folij idi gētiane romāe: seīs
maratri: tre sigillate: colchotar. amomi. nastur. albi. acori
carpobalsami: ypicō: fu. gūmi ara. cordumēi: anisi acathie
serapini. oiuꝫ. añ. iiij. aur. dauci: galbāi. aspalti. oppopōa
cis. cētauree mioris. ⁊ arist. rotū. castorei: oiuꝫ. añ. ij. aur.
mellis dispumati lib. x. vini bñ redolētis ⁊ clari ac puri lib.

iij. Opium: ⁊ mirra: ⁊ ipoquistidos ⁊ sarapinuꝫ: ⁊ succus liquiritie ⁊ storax ligda: ⁊ acathia: ⁊ oppoponacũ sumant̃ ⁊ omnia hec in mortario posita cum pauco melle dispumato moueant̃ donec mollescant. Deinde ex vino infundantur: ⁊ ꝑ tres dies in vase vitreato manere ꝑmittantur. Postea spica: ⁊ cinomomũ: ⁊ çinçiber: ⁊ cassia lignea: ⁊ nasturtiũ: atqꝫ castoreũ: ⁊ foliũ: ⁊ terra sigillata: ⁊ colchotar: ⁊ aspaltum: ac amomũ: omnia hec trita in mortario cõmisceant̃: ⁊ ex vino aspergant̃. donec vniant̃: deinde mel ⁊ gũmi arab. ⁊ terbentina: ⁊ galbanũ: ⁊ balsamũ sumantur: ⁊ in caçola posita donec mixta sint agitent̃: que taliter p̃parata alijs medicinis que in mortario sunt adiungant̃: ⁊ cum omnia simul fuerint: terant̃ ⁊ agitentur: donec bene sit mixta: deinde qd̕ ex eis fit in pisside argentea aut stannea que medicamẽ hoc in duabus partibus sui capere possit reponat̃. Uas aũt hoc non sit plenũ cui⁹ os cum corio optime ligetur quotidie tñ discooperiatur: ac ꝑ vnam horam manere ꝑmittat̃. Ex hac quoqꝫ medicina nõ nisi post sex menses aliqd sumatur.

¶ Trocisci de vipis: sumant̃ vipe femine q̃ in h̃ discernũt̃ ꝙ plures duob⁹ hñt dẽtes: masculini v̾o sexus duos tm̃ hñt dentes. Ex quibus eligãtur ille tm̃ q̃ ruffo vicinantur ⁊ colori: suut cito nobiles: caput frequẽter agitãtes: ⁊ que sunt bone habitudinis: ⁊ pingues oculos habentes rubeos: ⁊ capita lata: quarũ anus iuxta caudã inuenitur. Que in tp̃e veris colligantur in eius .s. medio. Ille tñ que in littoribus maris morãtur: aut in lacubus. vel in locis q̃ aq̃ salse vicina existũt: nequaqꝫ accipiant̃. Cũ aũt collecte fuerint: ilico ex earũ capitibus ⁊ caudis: q̃ꝫtum est quatuor digitoꝝ mensura abscindatur. Et si post abscisionez moueant̃ ⁊ agitent̃: sanguinisqꝫ ab eis fluxerit m̃ltitudo: domestice sunt ⁊ ꝯgrue. Q̃ si huius ꝯtrariũ ꝯtingat: nullo modo in medicamine ponende erũt. Deinde earũ coria detrahãtur ⁊ abijciãtur: ⁊ qd̕ in eaꝝ ventribus est extractũ expellat̃: qd̕ autẽ reliquũ est cũ aqua dulci lauet̃ ⁊ mundet̃: ⁊ ꝑ frusta inci sum in caldaria mũda cũ aqua ⁊ sale ⁊ aneto donec dissoluat̃: ⁊ caro separet̃ ab ossibus coquatur: deinde ꝓijciant̃ ossa ⁊ ius a carne coletur. Ignis vero cũ quo coquit̃ sit fortis: qui de carbonibus ilicis vel quercinis fiat. Caro quoqꝫ premat̃ vt humor qui est in ea egrediat̃: deinde de ea in pondere sumatur: cui quãtũ est eius quarta pars de tortellis admisceat̃: que parũ fermenti habentes açimo pani sint vicine nihil acetositatis in se habẽtes. Et optime desiccate terant̃ donec sint vt alcohol deinceps cum carne simul terant̃ ⁊ ex parua quãtitate iuris infundat̃. Et q̃bus postq̃ꝫ multotiẽs trite fuerint ⁊ cõmixte trocisci ĩforment̃ subtiles. Qui vero eos cõficit: manus ⁊ digitos ex balsamo inũgat. Quos in vmbra desiccet: singulis horis reuoluẽdo. Qui cuꝫ desiccant̃. in vase sicco nihil humorositatis habente: esse debẽt. Postq̃ꝫ aũt bene desiccati fuerint: in vase vitreo recondantur.

¶ Trocisci squillitici: cepe q̃ squille vocant̃ in tp̃e quo metitur triticũ sumant̃ q̃ neqꝫ sint maxime neqꝫ paruissime: ⁊ ex pasta coop̃te in furno sup̃ laterẽ posite assari ꝑmittantur. Cũ aũt pasta qua coop̃te sunt assata fuerit: extrahant̃ ⁊ ꝓijciant̃ pasta ⁊ qd̕ ei adhesit: ⁊ qd̕ intus est accipiat̃: cui q̃ꝫtum est eius medietas de farina herbi trita: ⁊ cũ subtilissimo panno cribellata admisceat̃. Que postq̃ꝫ sic fuerit terant̃ ⁊ misceant̃ aliquotiens: ⁊ ex vino donec bene sint mixta imbibant̃: ⁊ informent̃ trocisci. Qui aũt eos informat: ex oleo roseo inũgat manus suas ⁊ trociscos informando eos sicut diximus faciat: ⁊ in vase vitreo recõdat.

¶ Trocisci andarachoron. R̷. darsessahan: calami aromatici: costi: xilobalsami: asari: polij: amomi: masticis: floris cotule albe: su. omniũ añ. pondus. vj. aureorũ: floris squinanti: pondus. xx. aureoꝝ: rauedseni: xilocassie: cinamo. omniũ. añ. au. xx. spice indice: folij amboꝝ. añ. aure. xvj. mirre aureos. xxiiij. croci oriẽtalis aur. xij. terant̃ oĩa ⁊ cribellent̃: ⁊ cũ vino redolente ꝯficiant̃: ex q̃bus informentur troc. ⁊ siccent̃ in vmbra.

¶ Probatio tyriace: pullo aut cani parũ de napellis detur aut vipera sup̃ euꝫ incitet̃ que ip̃m mordeat: in cuius ore parum de tyriaca ilico ponatur: ⁊ obseruabitur illesus si deus voluerit. ¶ Aut scamonea ad bibẽdũ ei tribuat̃ cui postq̃ꝫ vẽter fluere cepit: tiriaca tribuat̃ ad auellãe magnitudinẽ: ⁊ restringet̃ venter. ¶ Patienti q̃ꝫ vomitũ multũ ⁊ vehementẽ sil̃r facit. de maioribus itidem eius vtilitatibus est: ꝙ a morsibus viperarũ ⁊ a venenis perniciẽ inferentibus que q̃busdã dant̃ illesos ꝯseruat: ⁊ qd̕ lepre confert. Ad multa p̃terea alia remediũ affert exceptis istis.

¶ De morsibus scorpionũ. Cap. iij.

d **E his que** scorpionũ ꝯferũt puncturis est bibere pondus vnius aurei cũ aqua aut vino ex radicibus collogntidarũ siccis.
¶ Aut vnius aurei põdus ex medicamie de asa: cũ vna. ℥. vini. ¶ Aut locũ q est sup̃ puncturã stringere ⁊ ex oleo de ben ⁊ aqua calida embrocare ⁊ cũ sambucino in quo castoreũ ⁊ euforbiũ confricata fuerit: inungere: atqꝫ cum eo locum fortissime fricare.

¶ Tyriaca q̃ valde scorpionũ pũcturis ꝓficit. R̷. radicum corticũ capparoꝝ absinthij: nabati: arist. lon. gẽtiane: omniũ p̃tes eq̃les. Dosis hui⁹ in potu. ʒ. iij. sit. est eñ ꝯgrua.

¶ Tyriaca diatesseron: q̃ pũcturis scorpionũ ⁊ alioꝝ reptiliũ ⁊ ꝑniciosis venenis ꝓfert: ⁊ magne tyriace in bonitate vicina existit. R̷e. gẽtiane arist. bacarũ lauri: mirre: oĩum p̃tes eq̃les: hec cũ melle ꝯfecta in vase reponant̃: ⁊ ex hac medicina cũ necesse fuerit: in potu ab vno aureo vsqꝫ ad duos ⁊ dimidiũ cũ. ℥. vna veteris vini sumatur.

¶ Tyriaca q̃ scorpionũ pũcturis vehemẽter auxiliat̃. R̷. gentiane aristol. mirre: costi: castorei: ruthe: mẽtastri sicci. piretri: çinçiberis: piperis: nigelle: omniũ p̃tes eq̃les conficiãt̃: cũ melle detur ex ea ad nucis magnitudinẽ cuꝫ vino. ¶ Q̃ si de p̃dictis medicis nullã habueris: vinũ vetus ⁊ allia ad comedendũ: tribue atqꝫ ex eis loco emplastrũ suppone. Locus q̃ꝫ assidue cũ igne calefacias: ⁊ cum medicinis calidis quas habere poteris. Cũ aũt tyriacã dederis: ⁊ dolor sedatus fuerit si febris sup̃ueniat: sequenti die sũmo mane egrũ flõma ⁊ aquã ordei: ac cibaria vltime humiditatis ei tribue ⁊ in ipsius cautela ne egritudinem incurrat acutã stude. Omnes p̃terea abstinẽdos ab apij comestione: q in locis sunt vbi scorpionũ multitudo: aut iararet habetur iubeo.

¶ De puncturis alzatareti. Capl'm. iiij.

h **I sunt** scorpiones parui valde caudas se trahentes: ⁊ sunt in terra cohꝫ: cuius habitatores tyriacã optimã inuenerũt: que exercitualis dicitur tyriaca: cuius hec est descriptio.

¶ Tyriaca exercitualis. R̷. corticis radic. capparis: radicum collognti. ³e: absinthij romani: aristol. rotun. herba que vocatur lingua caldeoꝝ haçeç: troximel siluestris sicce: ex his omnibus bene puluerizatis. ʒ. ij. tribuantur.

¶ Illud preterea quo medici vtunt̃ in huius egritudinis cura est: ꝙ ei qui punctus est de troximel siluestri sicca q̃ꝫtum ter manu vna contineri potest tribuũt: ⁊ ꝙ poma acetosa dant ad comedendũ: ⁊ ꝙ de sauich pomorũ cum aqua frigida dormiant: aut cum iulep. Q̃ si multus ei superuenerit calor: aqua ordei ad potandum tribue. Et si ventris dolorem cum incisione senserit: da ei ad potandũ oleum rosatũ cũ aqua ordei: ⁊ citrulos ac cucurbitã ⁊ lac acetosuꝫ ei tribue. ¶ In loco quoqꝫ puncture ventosa ponatur: ⁊ ilico sugat̃: locus p̃terea cõburat ⁊ medicine calidissime desup̃ ponant̃. Negligẽtia itidem in harũ pũcturarũ cura: lꝫ dolor q in eis sentit̃ sit debilis: habẽda nõ est Ex istis nãqꝫ puncturis in p̃ncipio fortis nõ accidit dolor Post vnũ aũt aut duos dies pessima ꝯsequũtur accñtia: lingua nãqꝫ fit vt apostematibus plena: accidũt etiã ei sanguinis mictus ⁊ sincopis: ac cordis tremor. ¶ Si aũt venter eius q punctus est sit strictus: iniectio ex succo sicle et

bāurach: ꝛ oleo viola. ei ꝑ clistere fiat. Cui si fortē inuenerit angustiam: succus maloꝝ acetosorum ꝛ granatoꝝ acetosorum: ꝛ oleū rosatū: atqȝ aquā ordei: ꝛ lac statim mulctum tribuanť. Si vero infirmū sanguinē mingere cōtingat: ipm prius flebotoma: deīde de medicinis ad hoc nominatis ei in potu aliqua tribue: ius quoqȝ pinguiū pullorū eum potare facias. ¶ Lingua quoqȝ si quasi apostematibus plena fuerit vena que est sub ea incidatur: atqȝ gargarismus de succo endiuie ꝛ syrupo acetoso ei fiat. Tremor aūt cordis vehemēs si acciderit: sauich de pomis cum syrupo de pomis: atqȝ lac acetosum cum trociscis de camphora: patienti donenť. Istis enim medicinis ꝛ eaꝝ similibus vtuntur medici: cum morsus iararet curare volunt. Tyriaca tñ exercitualis nō ob aliud hic ponitť: nisi ꝑpter famam que apud vulgus est. s. qđ scorpionum puncturis proficiat.

¶ Tyriaca que morsibus congruit iararet. ℞. troximel siluestris sicce: folioꝝ maloꝝ acetosoꝝ coriandri sicci: omniū partes equales bibatur: ex ea q̃ʒtum tribus vicibus ore capi potest. Qȝ si corrosio in loco morsus acciderit: cum medicamine acuto curetur: ꝛ ea que sunt ī ipsius circuitu ex bolo ar. ꝛ forti aceto epithimenť: ꝛ cū alijs medicaminibus que in cura pessimoꝝ vlcerū ꝛ corrodentium nominauimus sanentur.

¶ De morsibus rutele ꝛ sibth ꝛ aranei. Cap. v.

Rutela est animal paruo araneo assimilatū q vocať ꝓhibit muscas venari solitus. Sibth vero magno araneo longos habēti pedes assimilať. Rutele aūt multe sunt spēs: q̃bus egyptiaca deterior iudicať. Ex eis aūt sunt quedā q̃ parū nocent. ¶ Ex morsu aūt eius q̃ est rubea: sequūtur ista: fortis. vȝ. dolor ꝛ egerendi durities. ¶ Sed ex morsu eius q̃ est viridis accidit paruus dolor ꝛ pruritus q̃ velociter sedantur. ¶ Et ex morsu eius q̃ depicta apparet accñtia ista sequūtur: fortis dolor ꝛ in corpore frigiditas ꝛ tremor. Ex albe aūt rutele morsu: paruus dolor ꝛ pruritus: atqȝ ventris fluxus accidūt. ¶ Sed ex morsu eius que sup dorsum lucētes habet lineas: ꝛ vocať stellata: paruus dolor ꝛ pruritus: atqȝ stupor: ꝛ corporis relaxatio: consequūtur. Ex morsu q̃ȝ ei⁹ q̃ ē citrina sup se villos habēs: accidūt dolor vehemētissimus: ꝛ tremor: ac sudor: ꝛ ventris inflatio: ꝛ fortasse mors inde sequitur. ¶ Omniū vero curatio cōis est: vt patiētes in aqua calida tādiu stare ꝑmittanť: donec dolor ab eis remoueať. Nam cū in ea per horā. j. sederint quiescunt hora. Cum aūt exierint de aqua: dolor reuertitur. ¶ Cum igitur dolorem postq̃ȝ de aqua exierint sedari conspexeris: locū ex aqua in qua multū salis resolutū fuerit line. ¶ Corpora q̃ȝ eoꝝ calefac eosqȝ ea die balneū ingredi fac ꝛ eos sudare fac: ꝛ diebus postea aliquot: loco etiā emplastrū ex cinere q fit de ligno fici: ꝛ calce: ꝛ cali ex aqua calida ꝯspersis suppone. patienti quoqȝ quātitatem duarū. ʒ nigelle tribue. ¶ Ille etiā quē sibth momorderit: cū tali medicamīe quale est illud curať.

¶ Tyriaca alia ad morsus rutele: vtilis ꝛ ꝓbata. ℞. nigelle. ʒ. x. dauci cimini amboꝝ añ. ʒ. v. seminis hahel: gallarū cipressi: amboꝝ. añ. ʒ. iij. spice inde: bacarū lauri: aristologie rotunde carpobalsami: cinamomi: gentiane seminis andacoche: seminis apij: oium. añ. ʒ. ij. conficianť cū melle: detur ex ea ad nucis magnitudinē cū vino veteri. Ad hoc ꝑterea confert: aut medicine scorpionū denť. ¶ Aranearū vero q̃dā sunt ex quoꝝ morsu adeo sceua cōsequūtur accidētia vt extremitates īfrigidenť: ꝛ cutis horripiletur: atqȝ virga erigať ꝛ tēdať: ꝛ vēter vēto impleať. Istis v̉o ruta sicca: ꝛ cipi: cū vino dari debēt: ꝛ vt in balneo sedeāt elaborandū: vinū q̃ȝ purū toto illo die lȝ paulatim in potu est tribuendum.

¶ De pūcturis vespaꝝ formicaꝝ ꝛ apū volatiliū. Cap. vj

Ad hoc confert locū ex aceto ꝛ luto vicissim linire: pānūqȝ aceto infusum ꝛ sup niuē infrigidatū desuper ponere. ¶ Beneficiuȝ quoqȝ prestat emplastrū ex lenticula de stagnis ex aceto imbibita suppositū. ¶ Et aqua niuis eo vsqȝ desup fundere: donec locus reddať stupidus multū auxiliať. Post hec aūt locus ex camphora ꝛ aqua rosata liniatur: qđ nō semel sed multotiens fieri debet. ¶ Panni q̃ȝ in aqua rosata infusi ꝛ niue: desup sunt ponendi: atqȝ de glacie ano aliq̃d est īmittēdum. ¶ De aq̃ etiā cū niue multa tm̃ in potu sumat: donec satietur. Qui post hec cum folijs basiliconis: aut cuȝ muscis est fricandus. Qȝ si fortis in corpe calor acciderit: rob de succo vue acerbe: ꝛ psilium in potu sumātur. ¶ Eger ꝑterea multum ex citrolis: ꝛ endiuijs: ac lactucis: edat: ꝛ aquā ꝛ acetū: necnō syrupū vehemētis acetositatis: cum succo granatoꝝ ꝛ psilio bibat. Locus etiā mox multotiēs fugatur. Cui etiā ꝯferunt vt citroli: aut portulaca: aut solatrum: aut semperuiua: aut his similia supponantur. Ad hoc itidem valet vt coriandri sicci ꝛ pulueriçati quātum ter manu capi pōt cum çucharo ꝛ aqua frigida ad bibendum tribuať: ꝛ vt locus cū folijs ieributh fricetur.

¶ De morsibus stellionis ꝛ lacerte. Cap. vij.

Cum hec aīalia aliquē mordent dentes in loco morsus dimittūt ideoqȝ dolor perdurat: donec dētes inde euellanť. De his q̃ eos exire faciunt: est vt locus cum oleo ꝛ cinere fricetur: donec egrediantur. Deinde ex cinere cum oleo cōmixto emplastrū loco supponať. Qȝ si dolor ꝑseuerauerit locus erit sugendus: postea infirmus in aquā calidā mittēdus ꝛ de tyriaca ad rutele morsus facta erit ei tribuendum.

¶ De his que fugant venenosa animalia ꝛ lupos ꝛ interficiunt. Capl'm. viij.

Catti ꝛ furones ac pauones: necnō grues ꝛ aquatica volatilia ꝛ his similia: quoꝝ natura ē venenosa capere animalia: in turribus sunt nutriēda ꝛ tenenda. In locis valde timorosis: ꝛ putridis alendi sunt cerui: ꝛ furones: ac smaragdus melior que potest haberi tenēda est. Lampas q̃ȝ valde luminosa: longe a lecto remota ibi est ponēda: ꝛ iuxta quā sint hoīes q vicissim dormiāt sup lectos iacētes Qui legant ꝛ loquātur vocibus tñ mediocritatē nō egredientibus: venenosa nāqȝ animalia ad eos ibunt. ¶ De his autem que precipue serpentes expellunt est vt dom⁹ cum cornibus cerui: aut vngulis capre: ꝛ sulphure: ꝛ cuȝ capillis humanis suffumigetur. ¶ Hasseth quoqȝ si in serpentium foraminibus mittantur: ꝛ si domus cum galbano suffumigata fuerit serpentes fugient. ¶ Domus etiaȝ si ex aqua in qua sal amoniacus fuerit dissolutus roretur serpens nullo modo ei appropinq̃bit. Et si de aqua hac in eorum fundatur foraminibus: moriuntur. ¶ Si quis etiam saltem āmoniacum in ore tenuerit donec dissoluatur: ꝛ postea in os spuerit serpentis: morietur. ¶ Domus preterea si ex pice aut bdellio suffumigata fuerit: fugabūtur serpentes. Similiter etiam fugiunt: si ex serapino fiat suffumigatio. ¶ Ex pannis quoqȝ ex allzitran inunctis ꝛ in ipsorum foraminibus missis: expelluntur. ¶ Locus itidem si ex abrotano strictus fuerit: fugient ab eo serpentes. Ideoqȝ si in horto ex eo multum fuerit fugient ab eo. ¶ Fumus quoqȝ qui fit de lignis granatorum expellit serpentes: ꝛ venenosorum animalia plurima. ¶ Sinapi itidem tritum ꝛ in ipsorum foraminibus positum: fugat serpentes.

¶ Dicitur etiam q̄ si vipera bonam intueatur smaragdū: mox eius oculi eliquantur: ꝛ fluunt a capite.

¶ Si autem scorpiones multi capiantur: ꝛ ex eis domus suffumigetur: omnes alij fugient. ¶ Domus preterea si cum sulphure ꝛ vngula asini ꝛ galbano fuerit suffumigata fugabuntur. ¶ Oleum quoqȝ in ipsoꝝ foraminib⁹ si fusum fuerit: nō inde vlterius exibunt imo fugient. ¶ Formice ꝑterea comedūt scorpiōes: ꝛ ꝓprie eos q vocanť ge

raret. ¶ Asa q̄z si in aqua dissoluat̄: ⁊ ex ea locus roretur: nō ibi approximabūt. ¶ Et si penne liniantur ex allzitrā aut ex asa resoluta: ⁊ in ipsoꝝ foramina ex eis inungēdo circundent̄: nō exibunt inde vlterius. ¶ Q̄n aūt herba q̄ vocatur cancar in lecto posita fuerit: stupefiunt pulices ⁊ inebriant̄: ⁊ neq̄z salire neq̄z se mouere pn̄t: imo facile capiunt̄. ¶ Domus q̄z si ex aq̄ in q̄ absinthiū: ⁊ colognuida ⁊ nigella cocta fuerit rorata fuerit interficient̄. ¶ Quidā q̄z dicunt q̄ si in medio domus cauādo fiat fouea in quā parū sanguinis fundat̄ oēs in illa cōgregabūtur. ¶ Domus etiā si ex aqua in qua hasech cocta fuerit roret̄: pulices oīo destruentur. ¶ Aqua sīr in qua ruta coq̄tur aut oleander: eo modo īterficiet. ¶ Cimices vero atq̄z scarabei ex fumo palee ⁊ ex fumo stercoris vaccini: ⁊ q̄z maxīe ex fumo acegi ⁊ nigelle fugantur. Et si facies ex predictis suffumiget̄ lz postea mordeāt nō multū tn̄ inferunt nocumentū. ¶ Saphea q̄z erea oleo inūcta ⁊ iuxta lectū posita valet ad hoc. ¶ Quidā preterea dicunt fumū ex folijs dulp scarabeos fugare. ¶ Muscas q̄z aqua in qua niger coquit̄ elleborus īterficit: ⁊ arsenici citrini odor ac suffumigatio cum olibano eas necant. ¶ Mures autē interficiunt̄ si ex merdasengi: ⁊ ex squama ferri: ⁊ gallia metalina: ⁊ ex elleboro: quolibet istorum accepto: ⁊ cum faria simul consperso ⁊ ꝓiecto comederint: ⁊ finiet eos oīno. ¶ Sed si domus cum açegi suffumigata fuerit: fugiunt. ¶ Quidam etiam refert q̄ si vnus ex muribus castretur: ⁊ dimittat̄ oēs alios interficiet mures: ⁊ finiet eos oīno. ¶ Et q̄ si vnus ex murib᷒ capiat̄: ⁊ subtili chorda in medio domus liget̄: alij ab eo fugient: neq̄z de suis egredientur foraminibus. ¶ Dicūt etiā q̄ si q̄s vnū ceperit murem ⁊ eius excoriauerit faciem: ⁊ dimiserit eum omnes alij fugabuntur. ¶ Formice itidem fugantur ex allzitran: ⁊ ex sulphure: ⁊ ex asa. Et si ex istis in eoꝝ foramib᷒ aliq̄d mittatur: morient̄. Et si ex eo circa foramen epithima fiat: nō exibunt. ¶ De beluis aūt dicunt: q̄ leo ꝓpter gallū albū ⁊ ꝓpter murē fugit: ⁊ adib nō approximat loco vbi est sgl la. ¶ Dicunt q̄z q̄ leopardus terret̄ ꝓpter arborem que vocat̄ leopardi arbor: ⁊ q̄d leo timet ꝓpter lignū q̄d vocatur findau. ¶ Cati aūt siluester. ⁊ dalac ex succo ru. ⁊ amigdal. ama. fugiunt. ¶ Cepe q̄z que vocatur squilla ⁊ ellebo. porcos ⁊ canes atq̄z leones: necnō ex beluis plurimas interficiunt herba que etiā leopardū strangulās vocatur leopardū cito interficit.

¶ De morsibus canis nō rabidi ⁊ beluarum hominū ⁊ luporum. Capl̄m. ix.

[h]Orum morsus tunc est deterior. cum sunt famelici. Quoꝝ morsibus cōfert: cepas ⁊ salē ⁊ mel per diez vnā ⁊ noctem supponere: deinde cum vnguento nigro curent̄: q̄d fit ex cera nigra ⁊ sepo ⁊ pice: atq̄z galbano: hoc enim vnguentum plus omnibus alijs vnguētis: morsibus ⁊ pforationib᷒ que ex vnguibus aūiū fiunt confert atq̄z oībus vulneribus cū quibus accidit attritio aut separatio magis auxiliatur. ¶ Est etiam vtile vt morsus canis ⁊ hoīs a ꝑncipio cum isto curetur vnguēto. ¶ Morsibus v̄o leonis atq̄z leopardi: ⁊ phe het in ꝑncipio sunt ea adhibēda que attrahāt. Deinde loca cum aceto ⁊ sale lauanda: ⁊ ad vltimū cū isto vnguēto medicanda si deus voluerit.

¶ De morsu canis rabiosi. Capl̄m. x.

[n]Ocumentum q̄d huius canis morsus sequit̄: vehementissime magnū iudicat̄: ideoq̄z nos op̄z in noīandis signis q̄bus hic canis dignosci queat amplificare verba quatenus ab eo fugiatur: aut cito interficiatur.

¶ Dicimus itaq̄z q̄ canis iste plerūq̄z incurrit rabiem in diebus canicularibus: ⁊ q̄n̄q̄z in hyeme. Qui postq̄z eam incurrerit: ⁊ a cōmestione ꝓhibet̄: aquā quoq̄z si viderit ab ea fugit: atq̄z q̄n̄q̄z morit̄ cū aquā itiutus fuerit. ¶ Os q̄z suum aperit: ⁊ linguā foras extrahit: ac ab eius ore spuma fluit: ⁊ ex naribus suis humiditas. ¶ Oculi ꝑterea ei᷒ rubent vt sanguis caputq̄z suū ad terrā inclinat: ⁊ caudā relaxat: ⁊ īter coxas demittit. Diuersisq̄z vt ebrius vacillat motib᷒: ⁊ ad oēs vadit q̄s videt: ⁊ eos vult modere. ¶ Dn̄os insup suos non agnoscit. ¶ Alij itidem canes ab eo fugiūt. Ipse q̄z nō latrat nisi paruz: ⁊ cū latere incipit vox ei᷒ rauca audit̄. Ista. v. signa cuz in cane visa fuerint: aut aliq̄d ex eis mox īterficiendus est: ⁊ ab eo fugiendum. ¶ Ille v̄o quez canis iste mordet: non extimat in ꝑncipio q̄d ipsius morsus multū eum ledat. Sed mala accidentia paꝝ post ei eueniūt. ¶ Ex aq̄ nāq̄z terret̄: neq̄z eam bibit: immo eā vidēs tremit ⁊ anxiat̄ ⁊ fortasse spasmat̄ ac moritur. ¶ Ex omni ꝑterea re humida ⁊ liquefacta terretur ⁊ fugit ab ea donec siti morit̄. ¶ Ipse itidē q̄n̄q̄z incurrit rabiē ⁊ stringēdo tenet hoīes ⁊ mordet eos. Ex cui᷒ morsu accidit idem q̄d ex canis rabiosi morsu euenire solet. ¶ Cum ergo canē q̄ hominē momordit cognoueris ⁊ q̄d in eo aliq̄d istoꝝ signoꝝ sit pceperis cito succurrere: ⁊ vētosas morsui suppone: ⁊ diutissime ac multū fugat̄: scarificetur q̄z ac sanguis extrahat̄ multitudo. Deinde sup locū morsus: medicamina q̄ ip̄m dilatēt ⁊ ꝯsolidari ꝓhibeant pone: vt sunt ficla. ⁊ eruca: atq̄z cepe: cū butiro confecte. ¶ Unguentū q̄z q̄d locū vlcerat est adhibendū: q̄d fit ex liquore anacardi: ⁊ pice: sicut est in suo capl̄o noīatum. Si aūt in ꝑncipio ex quo morsus fuerit locū comburas multū cōfert: ventosas tn̄ atq̄z cōbustionē vsq̄z ad tres tm̄ dies exercere debes. ¶ Postq̄z vero tres transierint dies: egrū nō fatiges q̄r iam venenū in corpus totū diffusū est: sed vulnus nullo modo cōsolidari penitus ꝑmittas: ita vt emplastrū ex eruca ⁊ butiro ⁊ ex aliquo eoꝝ q̄ diximus supponas. Deinde redi ad curationē pfectā anteq̄z ab aqua terreri incipiat: q̄r postq̄z ab aqua terreri ceperit euadere nō poterit: hoꝝ vero quidā sunt q̄ post hebdomadā vnā ab aqua terrent̄: ⁊ sunt alij q̄ post duas hebdomadas: alij aūt q̄ post. xl. dies terrēt̄: q̄n̄q̄z etiā reperiunt̄ quidā q̄ nō nisi post sex menses: aut annū vnū terrentur. Et isti quidē sunt cōplexiones habentes humidissimas. ¶ In ꝑncipio itaq̄z cure eoꝝ ventrē cū pillulis ⁊ medicinis noīatis in capl̄o melancolie: soluere incipe. Eosq̄z eodem ciboꝝ ac balnei regimine ꝯserua. Lac quoq̄z atq̄z vinum cū aqua multū temperatū eis ad bibendum tribue. Et stude vt eoꝝ corpora in crassicie augmentent̄: ꝓut in capl̄o de melācolia dicturi sumus. Dietā q̄z cū carne ⁊ cōfectionibus ex melle ⁊ vino amplifica: eis insup p̄cipe vt multū dormiāt: ⁊ letent̄: atq̄z q̄escant: ⁊ ad vltimū regimine melancoliā habentiū eos ꝯserua. ¶ Medicamē quoq̄z galieni eis ad bibendū tribue. ¶ Descriptio medicamis galieni. Cancros fluuiales sume: ⁊ in olla positos in furno donec terant̄ cōbure: ⁊ ne multū terant̄ caue. De quibus postq̄z triueris. partes. x. ⁊ olibani partē. j. accipe: ⁊ cōiuncta simul tere: deinde recōde: ⁊ cū opus fuerit egro quotidie. ʒ. ij. in mane: ⁊ alias duas circa noctē cum aqua frigida his diebus q̄bus nō das medicinā ventris solutiuā ad bibendū tribue: hoc vero multis diebus facere debes. Galienus namq̄z refert se nunq̄z vidisse aliquē a cane rabioso morsum ab aqua terrefactū: postq̄z ex hoc medicamine aliq̄d ei datū fuerit. ¶ Postq̄z aut eger ab aqua terrefactus fuerit. vix vnq̄z liberabit̄. ¶ In ip̄o tn̄ q̄ddaz spei lz parum habemus. Ip̄m itaq̄z in loco frigido statue ⁊ ingenia q̄lr in os eius longā mittas embubā: p cuius locum occultū ne eā videre possit aquā īmittas. ¶ Caput etiam ipsius ac totū corpus ex oleo roseo infunde. Deinde aquā ordei ⁊ oleū roseū: ac succū psilij: ⁊ portulace: ⁊ his similiū p clistere inijce: ideo. vz. vt de eius siti aliq̄d mitigetur. ¶ Nos q̄z in hospitali quendā quē canis momordit rabiosus habuimus q̄ in nocte latrabat. Et vidi q̄ ab aqua que ei dabatur: nō terrebat̄: imo eā petebat: ⁊ ex forti siti cōquerebat̄. Cū aūt aquā ei daremus: ip̄am abhoīabatur: ⁊ dicebat q̄d sordes in ea erant. Et cū quereremus que sordes in ipsa essent dicebat intestina caniū: ⁊ cattorū in ea esse:

in ea esse: ꝛ rogabat eos vt aliam ei aquam daremus. Cū
q̄ȝ aliā ei afferremus aquaȝ: dicebat vt prius et litigabat
nobiscū: ꝛ irascebatur: atqȝ rogabat ꝛ adiurabat nos per
deum vt aquā mundam ꝛ bonā ei daremꝰ.

¶ Medici q̄ȝ vnius secte dixerunt: ꝙ si canis aliquē mo-
morderit: ꝛ ignorauerit vtrū sit rabiosus an nō accipiat
vnum frustum panis: ꝛ intingat in sanguine qui exiuit
ex morsu: ꝛ aliȷ̈ det cani: qui si comederit: sciat canē q̄ euȝ
momordit rabiosum nō fuisse. Quod si nō comederit: canis
proculdubio rabiosus fuit. Aut ex nucibus cōtritis ēpla-
strum loco suppositum p̄ noctē vnam dimittat̄. Deinde
gallo aut galline multū famelico ꝓijciatur. Nam si canis
rabiosus fuit: non inde comedet. aut si comederit in ma-
ne morietur. Ista ergo signa cum apparuerint: vulnus
ilico cum medicamīe qd̄ nominauimꝰ erit ampliandum.
Si autē nō apparuerint: vulnus tm̄ claudendū erit.

¶ De his qui in potu acceperunt napellos. Cap. xi.

¶ Dico ergo ꝙ significatio coloris erit ſm ꝙ narrabo. Si color illius loci fuerit rubeus significatur ꝙ materia est sanguinea: ꝛ si citrinus colerica. Et si fuerit magis albꝰ q̃ꝫ color corporis significatur flegma subtile: ꝛ si fuerit declinans ad nigredinẽ significatur ꝙ materia nõ simpliciter ex melancolia est quoniã talis color est in fine apostematum calidorũ: aut ex congelatione sanguinis. Sed si cuꝫ nigro colore fuerit membrũ frigiduꝫ ꝛ non precedit ipm calor significatur ꝙ est ex melancolia.

¶ Sed caue in cognitione caloris vt membrũ non sit calidum ab aere vel balneo vel medicina ca. vel dormierit super latus vel infrigidatũ ex causis contrarijs: ꝛ remanserit super eum color alicuius medicine.

¶ Si autem color fuerit similis colori corporis erit ꝓpter duas causas: aut quia minus vincit aliquis humor: ꝛ tunc erit dolor non ꝓpter humoris quantitatẽ: sed malitiam: aut ꝓpter multitudinem humoris: aut quia valde est profundus dolor in profundo mẽbri intelligimus ꝙ dolor peruenit ex repletione ꝛ nõ ex malitia huoꝝ ꝙ remanserunt signa repletionis: sed propter ꝓfunditatem non apparet talis color in superficie corporis. Et tunc debemus scire hoc ex alijs capitulis.

¶ Signa autem repletionis sunt ista: magnitudo pulsus: ponderositas totius corporis: extensio membroꝝ: tarditas motus non cum debilitate sed quasi portaret onus ꝛ apparet in facie sudor ꝛ in oculis ꝛ in facie rubedo: ꝛ grauitas frontis: ꝛ hebitudo ingenij: ꝛ destructio appetitus: ꝛ dormire multũ: ꝛ anteq̃ꝫ inuasit ipm dolor nimis vtebatur cibis ꝛ potibus: ꝛ qetesiue flebotomia ꝛ purgatiões sine labore: sine coitu maxime qñ his omnibus vsus fuerit postea abstinuerit. Significatio contactus illius loci diuiditur in calore ꝛ frigore duritie et mollitie asperitate ꝛ lenitate plenitudine ꝛ extensione ꝛ euacuatione. Si membrum tactu fuerit ca. materia est ca. frigidũ frigida erit materia: tamen debes considerare hoc qđ narrabo: quoniã forte membrũ erit lotum cum aqua in hora illa vel discoopertũ ad aerẽ frigidũ quare supficies eius apparet frigida tactu: aut forte membrũ erit ligatum: aut erit infirmus dormiẽs super ipsum: vnde ꝛ clauduntur pori retinetur plurimus vapor intus. Si autem medicus non respexerit iterum post vaporis euaporationẽ inueniet ipsum tactu calidũ: ꝛ forte erit tangentis palma distemperata q̃re non sentit qualitatem membri in caliditate ꝛ frigiditate.

¶ Durities autem significat ꝙ materia est grossa ꝛ sicca: mollicies autem significat ꝙ materia sit humida subtilis.

¶ Cum dispositio membri fuerit distemperata ex eis que accidunt extrinsecus. s. ex frigore vel calore: quoniaꝫ per frigus induresc̃it membrũ: calor calefacit ꝛ remollit. Ex hoc debes intelligere in omnibus alijs ꝯditionibus: quãuis ego non manifeste explanauero: asperitas autem significat materie siccitatem: ꝛ lenitas humiditatem: quoniã membrũ exasperascit per medicinam stipticam: ꝛ remollescit per oleum vel vnguentũ extrinsecus suppositũ

¶ Aut huiusmodi plenitudo aut extensio significat multitudinem materie aut multitudinẽ vaporis: ꝛ tunc debes considerare si cum plenitudine ꝛ extensione fuerit grauitas erit constrictio ꝓpter multitudinem humorum: qđ si non fuerit cum eis grauitas erit ꝓpter multitudinẽ vaporum constrictorum in eo.

¶ Dico etiam ꝙ debes considerare dispositionem corporis in sanitate: qꝛ quedã sunt corpa rugosa ꝛ spasmosa naturaliter sicut in senioribus, quedã sunt in contrarium.

¶ Et fortasse credet aliquis ꝙ tactus durus ꝛ extensio sint idẽ. Sed q imaginatus fuerit tactũ vẽtris inflati ꝛ tactũ lapidis sciet qm̃ inter duꝝ ꝛ extẽsum est aliq̃ dr̃ia: qm̃ durũ

nocet tactui per expulsionẽ sine passione: extensũ quidẽ nocet tactui ꝑ expulsionẽ ⁊ cum passione. ¶ Modi autẽ egritudinũ sunt illi modi quos dicam: punctio autẽ ⁊ percussio significãt calorem materie: sed cũ hoc ꝑcussio significat humorẽ spissum ⁊ ꝓfundũ in carne: quapropter significat materiã sanguineã: pũctio aũt significat materiã colericã. Egritudo aũt in qua sentit eger mẽbrũ quasi contrahatur ⁊ spasmet̃ significat materie frigiditatẽ: ⁊ ostendit ꝙ est frigida ⁊ ꝙ ẽ cũ vehemẽtia doloris: ⁊ nõ est i mẽbro calor: ⁊ ostẽdit qm̃ sit calida qñ membrũ calidũ fuerit cum lenitate doloris. Et cũ infirmus senserit membrũ extensum in vtraq; parte vel per circuitũ ⁊ tactũ inueniatur temperatũ ⁊ cutis fuerit extensa: scias ꝙ nocet membro quantitas materie: non qualitas: ⁊ tunc scias ꝙ corpus est plenum.

¶ De modo autem cure considera si quiescat membrũ cũ fridis ⁊ augmẽtet̃ dolor cum calidis est ex causa calida.

¶ De dieta autem infirmi scias ꝙ cum infirmus ante accessionem fuerit vsus dulcibus cibis: ⁊ vino grosso ⁊ carne ⁊ ouis frixis ⁊ paruo labore ⁊ multũ dormire: scias ꝙ materia est multa ⁊ si fuerit vsus calidis qui generãt coleraz ex labore ⁊ vigilijs ⁊ hmõi scias ꝙ materia est calida: ⁊ si vsus fuerit generãtibus supflua multa sicut herbis ⁊ viridibus fructibus ⁊ quiete scias ꝙ materia est flegmatica ⁊ humores crudi. Dicta autem que facit hoi sanguinẽ melãcolicũ raro põt facere dolorẽ iũcturaꝝ: q: illa dieta ingrossat sanguinẽ ⁊ reddit eũ ineptũ ad discursum sicut facit in corporibus laborantiũ: ⁊ si aliqñ contingit grauiter dissoluitur: quia eius materia est vicina materiei cancri.

¶ De complexione autẽ infirmi scias ꝙ si fuerit albi coloris admixti rubedini: ⁊ si fuerit bone carnis: subtilis cutis: ⁊ qñ locum fricaueris rubescit statim significat̃ ꝙ materia est sanguinea. ¶ Et si corpus fuerit pingue ⁊ albi coloris non mixti rubedini: ⁊ corpus nudũ pilis venis strictis: carne molli: occultarũ iuncturarũ graciliũ ossium ⁊ generaliter talis dispositio qualis est in corporibus mulierum significatur ꝙ materia est flegmatica. ¶ Et si fuerit macrũ citrini coloris pilosum ⁊ cum grossis venis ⁊ manifestis iũcturis ostendit̃ ꝙ materia est colerica. ¶ Et si cum maciletia fuerit niger color: durities corporis pilositas: asperitas cutis: significatur ꝙ materia est melancolica quãuis hec egritudo iuncturarũ raro contingit in habentibus talem dispositionẽ. ¶ Et similiter scias ꝙ hec egritudo iuncturarũ fere nunq̃ accidit pueris: sicut raro contingit mulieribus: ⁊ pro maiori parte accidit iuuenibus ex materia sanguinea: ⁊ flegmatica admixta cum colera: senibus aũt cõtingit ex humoribus crudis: qm̃ ⁊ isti humores multiplicantur in senibus: ꝓpter debilitatem digestionis.

¶ De regionibus aũt scias ꝙ in regionibus calidis multiplicatur colera ⁊ melancolia in regionibus frigidis flegma et sanguis.

¶ Et scias ꝙ hyems congregat flegma ⁊ sanguinem estas ⁊ autũnus coleram ⁊ melancoliã. Et qm̃ diximus in istis materijs simplr̃: dicemus in eis composite.

¶ Signa autem materie sanguinee sunt rubedo coloris: calor ⁊ extensio: pulsatio: grauitas ⁊ similiter iuuantia oĩa ad generationẽ sanguinis.

¶ Signa colere sunt fortis calor cum modica extensione ⁊ paruitas corporis apostematis: ⁊ paruitas rubedinis coloris loci: ⁊ punctio ⁊ deriuatio colere ad corporis supficiem ⁊ alia iuuantia ad generationẽ colere.

¶ Signa materie flegmatice sunt extensio sine pulsatione ⁊ punctione: sed quasi res fixa in vno loco manens ⁊ paucitas rubedinis: ⁊ color membri paruus ⁊ alia generantia flegma.

¶ Si autem fuerit materia composita non de facili cognoscetur per signa simplicia.

¶ De cura vl̃i passionũ iuncturarum. Cap. iij.

Cum cognoscimus ꝙ materia est sanguinea incipiamus minuere ex latere cõtrario: ⁊ hoc ꝓpter duo comoda: quoꝝ vnũ est materiã declinare ad locum ⁊ secundũ est retardare fluxum ad locũ apatis.

¶ Si ergo dolor fuerit in pede dextro debemus minuere de manu dextra ⁊ basilica vel de quibusdã ramis eiꝰ ⁊ nõ debes ire ad aliam venam. ¶ Si autẽ nõ poteris minuere ipsam neq; aliquẽ de ramis eius minue de mediana. q: qdã ramꝰ de vena basilica: ⁊ qdã ramꝰ de vena cephalica ꝯiũgant̃: ⁊ fit ex eaꝝ ꝯiũctiõe vena mediana. minuere aũt de cephalica nõ multũ iuuat ĩ h̃ casu qm̃ illa vena nõ deriuatur nisi a parte superiori duarũ partiũ vene concaue: deinde illic ascendit spina ⁊ tendit ad manum: ⁊ propter hoc euacuat sanguinẽ capitis ⁊ colli citius: ex parte autem inferiori tardius: basilica autem vena diuiditur ab ista intra ⁊ extra a clibano pectoris inter latera ⁊ venit ad manũ sup parte ascellaꝝ: ⁊ ꝓpterea euacuat sanguinem a partibus inferioribus citius. Et debemus minuere sanguinem ẜm magnitudinem doloris ⁊ ẜm vigorem corporis ⁊ faciemus multis vicibus: qm̃ ego ꝓbaui hoc ⁊ inueni ꝑfectius in declinando materiã a loco ⁊ in attrahendo qͦd currit ad ipm̃: ⁊ ratio etiaz concedit hoc: sed nõ est locus dicendi.

¶ Si autem egritudo fuerit in manu: possumus declinare materiã duobus modis aut ad alteram manuz: aut ad pedem oppositum. Et forte minues de duobus locis. s. brachio ⁊ pede: ⁊ pmo de minutiõe ex manu ⁊ postea d̃ pede.

¶ Et debes minuere sanguinẽ ẜm virtutẽ corpis ⁊ ẜm accidentia apostematis: ⁊ ẜm pulsationez ⁊ extensionẽ ⁊ calorem ⁊ ruborem: ⁊ multotiens sufficit cura ista sola.

¶ Et ego narrabo vobis qͦd iam vidi de quadã muliere q̃ ꝯuertebatur ⁊ vociferabat de dolore in die ⁊ sero in dextro asceta. cum magnum esset apostema calidũ rubei coloris cum extensione forti ⁊ pulsatione: mulier autem erat pinguis ⁊ multũ sanguinolẽta: que ante accessionem vsa fuerat lacte: ⁊ carnibus cuius virtus fortis erat: ⁊ minui ipsaz in manu sinistra de basilica ⁊ pede dextro de saphena eadem hora: ⁊ de quolibet extraxi lib. 5. ⁊ post tres horas solui ligamen: ⁊ post iterum extraxi lib. 5. ⁊ post cibaui etiam ipsam: ⁊ post tres horas extraxi de saphena li. 5. ⁊ tunc cessauit dolor ⁊ punctio. Et mulier rogauit me ꝙ iterum extraherem de manu. senserat enim magnum iuuamentũ: Sed ego volui materiã declinare inferius propter duas causas: quarũ vnam non debeo dicere in hoc loco ⁊ altera est vtilis: imo necessaria in talibꝰ locis. Scias ꝙ ista mulier patiebatur dolores in sinistra manu sed debiliores: ⁊ ꝓpter hoc volui ꝙ materia declinaret̃ inferius: qm̃ medicus debet considerare hoc ⁊ semper obseruare qm̃ ego curabam quendã hominẽ cui contingebant dolores iuncturarũ ex materia sanguinea ⁊ incipiebãt dolores in iũcturis que sunt inter ascetã ⁊ rascetã in dextra manu: ⁊ iterrogaui si accidebãt dolores ĩ manu: ⁊ ĩ pedibꝰ ⁊ dixit mihi ꝙ silis dolor accidebat ei in manu sinistra scz in eius iuncturis ⁊ adhuc magis fortis ⁊ ꝙ nunq̃ in pedibus similiter accidit: ⁊ tunc nolui minuere in manu sinistra oĩno sed minui in pede dextro.

¶ Quidam autem medicus primo curabat eum ⁊ minuebat eum in manu dextra ꝓpter apostema calidũ: qͦd habebat in iuncturis manus. s. manus sinistre: ⁊ quieuit dolor in manu illa: sed declinauit in manũ dextrã cũ apostemate calido maiore altero: ⁊ qñ ego quesiui istud ab illo homine intellexit ꝙ ego sciebam plus de physica q̃ alius: ⁊ hec erat vna de rationibus ꝓpter quã tu debes declinare materiã ad alterã duarũ partiũ ⁊ maxime qñ fuerit dolor in dispositione tali ꝙ possit augmentari: ⁊ hoc in principio doloris: qm̃ in tali dispositione debemus cauere a minutione ⁊ fricatione ⁊ alijs que attrahunt materiam: ⁊ etiam debemus erigere deriuationẽ materie ad aliã partiũ

quando

quādo in aliqua partiū fuerit mēbrū nobile qñ materia currere possit. verbi gratia quedā homo patiebat in iūctura manus dextre ⁊ oportet minuere: in vesica aūt vel renibus vł matrice est apostema calidū: dico ꝙ nō debem⁹ minuere in tali dispositiōe ex manu: quoniā si fecerimus hoc nocebimus mēbro apato: sed forte minuem⁹ ex pede dextro. ¶Cū intellexerim⁹ ꝙ in parte dextra est apostema sanguineū cuius piculū est maius ꝙ̃ piculum manus dextre: verbi gratia in epate vel in rene dextro est apostema calidum in iuncturis manus dextre est dolor debilis dico ꝙ primo medicandū est rei piculosiori. ¶Et ponat ꝙ forte accidūt in attrahendo materiā due opationes: verbi gratia patiat mulier in iuncturis man⁹ ꝓpter qđ oportet minuere: ⁊ cum hoc careat mēstruis: dico ꝙ minuendum est ex pede ⁊ nō in manu: quoniā in minutione pedis sūt duo iuuamēta scʒ declinare materiā a loco infirmo et prouocatio mēstruorū. ¶Sed materia nostra reuertatur ad illam mulierē quā prius diximus: dicendo ꝙ post minutionē tertiā tribus horis intermissis extraximus de saphena. lib. s. ⁊ nocte illa dormiuit: non enī dormiuerat multis noctibus: ⁊ nō feci aliā curā nisi ꝙ exhibui dietā frigidam ⁊ subtilē: ⁊ tertia die minutiōis fuit sana ex manu lesa. Quapropter debemus incipere a minutiōe ⁊ p⁹ confortare mēbrum: cum vnguentis frigidis ⁊ stipticis q̄ dicemus postea. ¶Sed in declinatiōe nō debemus ponere ita: ⁊ maxime si corpus fuerit plenum: quoniam forte materia ad membrū nobile cōuertetur ⁊ fiet peius: ⁊ forte vngnenta ⁊ emplastra addēt dolorē ⁊ hec fiet quādo fuerint posita sup locū dolorosū ⁊ materia fuerit mlta: ⁊ non potuerūt medicie materiā mouere a loco quoniā claudūtur pori mēbri ⁊ ꝓhibetur dissolutio: ⁊ sic emplastra ⁊ vnguenta inducunt ⁊ augmētāt dolorē per accidēs quapropter debemus intueri quādo emplastra ⁊ vnguenta augmentant dolorē vel addūt in dolorē: ⁊ ponem⁹ illa non supra locū dolentē: sed retro supra locū vt inhibeant fluxum: ⁊ non ꝓhibeant dissolutionē: verbi gratia qñ dolor fuerit in genu ponam⁹ emplastra sup coxam: ita ꝙ finis emplastri attingat principiū loci dolorosi: ⁊ similiter ī oībus passiōibus iucturarū. Si autem dolor nō crescit propter emplastra superposita nō indigemus ponere iuxta locum patientem ⁊ debemus vti illis medicinis donec cesset dolor apostematis ⁊ eius calor ⁊ pulsatio: ⁊ tūc cessabimus ab eis: ⁊ quoniā si voluerimus magis vti eis ingrossabitur materia ⁊ si fiet dura ⁊ inepta dissolutioni.

¶Sed si viderim⁹ ꝙ ipsa pauce est materie ⁊ declināsad supficiem corporis dimittemus nature qm̄ p se curabit.

¶Sed si in contractū fuerit vtemur mollificatiuis ⁊ dissolutiuis ⁊ medicinis ex his cōpositis qm̄ in mēbro remansit parū caliditatis ⁊ spissitudo materie.

¶De dieta. Cap. iiij.

r Afficiāt ergo nobis que diximus in primo capitulo. Dicēdū est modo de dieta infirmi generalr. sed in primo tpe. s. in principio sint cibaria eius ⁊ inspissantia sanguinē ⁊ infrigidantia: et caueat a carnibus ⁊ vino ⁊ rebus dulcibus ⁊ acutis et putrefactis: ⁊ declinet ad acria ⁊ stiptica: ⁊ bibat aquā frigidā clarā cum oximelle acetoso: aut cū rob de succis fructuū macianorū vel malorū granatorū vel coctanorum: aut acrumē pomi citri ⁊ agrestaʒ: ⁊ quotidie sumat aliqd istorū ⁊ dimittat motū et ꝓprie iuncture infirme: ⁊ dimittat coitū ⁊ balneum oīno donec cesset fluxus humorum et quiescat dolor: ⁊ tunc vtatur balneo ⁊ motu illius iuncture mediocriter. ¶Et si dolor augmentatur in tm̄ ꝙ timeatur de egri defectu pone aliquid de medicis sedantibus dolorem: ⁊ vngamus de mortificatiuis: ⁊ hoc fiat in apostematibus calidis sine magno timore. In passionib⁹ autē frigidis stomachi ⁊ matricū fit hoc cū magno timore ⁊ cautela. ¶Si autē materia fuerit colerica in principio incipiamus cū euacuatiōe colere cū medicinis laxatiuis ⁊ eligemus cōuenientiores scđm virtutē corporis ⁊ quātitatē caloris. ¶Si autē corpus fuerit calidū ⁊ debile et tempus estiuū laxabim⁹ cū aqua prunorū ⁊ māna et syrupo acc. ⁊ rosarū ⁊ sero caprino. ¶Si autē corp⁹ fuerit forte laxabimus cū mirabolanis citri. ⁊ aloe. ⁊ scamonea et vices laxandi erūt scđm quātitatē materie. Et sicut minutio curat īfirmū sine alia cura. Ita purgatio colere: ⁊ post ponamus emplastra ⁊ vnguēta frigida q̄ attineant humiditati parū vel cum eis que nō multū desiccant. ⁊ vtaris his donec cessat vehemētia doloris: ⁊ tunc dimittem⁹ curam aliam quia nō est necessariū ponere desup dissolutiua: materia enī ista nō solet petrificari nec indurari.

¶Dieta autē infirmi sit frigida ⁊ humida sicut aqua ordei et cucurbite ⁊ cucumeris: ⁊ attriplex ⁊ hmōi: ⁊ caueant a calidis oīno: ⁊ in diebus qetis dabimus aliqua que attineant cōplexioni frigide. sicut sy. acetosus ⁊ aqua ordei: ⁊ viscositas psilij ⁊ succus mali granati: ⁊ sit ei⁹ dieta frigida ⁊ humida ⁊ stratus ei⁹ in quo iacuerit sit frigidus: et si fuerit hyems coopiatur caput ⁊ totū corpus ⁊ fugiat vigilias ⁊ cogitatiōes ⁊ irā: ⁊ si fuerit necesse dare medicinas sedantes dolorē stabimus sine timore. ¶Si autem fuerit flegmatica ⁊ humores crudi laxabim⁹: si debil' fuerit cū semine vrtice ⁊ aqua mellis ⁊ cū baurach. Et si infirmus fuerit fortis ⁊ materia multa ⁊ spissa laxabim⁹ cū collognitida centaurea: cirūgē: turbith: ⁊ testiculis vulpis: ⁊ erūt vices lassandi scđm quātitatē materie: ⁊ vtemur vomitu cum oximelle ⁊ semine rafani ⁊ selgie ⁊ sinapis ⁊ sale et aqua mellis: aut cū medicinis fortioribus istis sicut nux vomica oleum. ¶Et vomitus ē valde bon⁹ cū egritudo fuerit in iuncturis inferiorib⁹ aut in ancha. Et in diebus in quibus nō vtimur vomitu vel potiōe dabim⁹ diacu. et diatrion ⁊ pipereō vel tiriacā de quattuor spēbus: ⁊ syrupum subtiliantē materiā: ⁊ caueat minutionē sāguis maxime in egritudinibus frigidis: vt nō debilitet digestio: ⁊ multiplicentur supflua: et ponemus sup mēbrū a principio vsqʒ in finē emplastra calefacientia: sed in principio erunt desiccatiua ⁊ in fine mollificatiua ⁊ dissolutiua fortiā ⁊ debes cauere ne materia lapidet in iūcturis: quoniā ista materia est obediēs lapideitati: ⁊ totū illud debem⁹ facere cū magna cautela: nō sicut faciūt multi medicorū qui ponūt fortes medicinas ad dissoluendū. vnde subtile dissoluitur ⁊ remanet grossum ⁊ petrificat. sed debemus ponere vna vice mollificatiua ⁊ postea dissolutiua: et qñ videbim⁹ ꝙ apa minuit mltū. respiciem⁹ vtrū durities pmaneat sicut prius: et tunc nō ponem⁹ dissolutiua: sed potius mollificatiua. ¶Dieta autem infirmi sit vt comedat vna die sic ⁊ altera nō: vtat absqʒ cibo: sʒ nō dʒ cibari vsqʒ ad repletionē nisi vt satisfaciat appetitui ⁊ famē remoueat ⁊ digerant humores q remāserūt in corpore: ⁊ nō debʒ satiari aqua: sed quotidie bibat aquā mellis cū spēbus ⁊ medicinis q̄s dicā postea: quādo cessauerit flux⁹ materie: et videmus ꝙ apostema nō augmētatur ⁊ corpus purgatum est: tunc vtatur exercitio: balneo calido ⁊ ꝓuocantibus vrinam. ¶Si autē materia fuerit scđm ꝓportionem humorū in corpe: ⁊ nō apparet multa victoria aliquorū nec in colore nec in tactu: tunc scias ꝙ dolor est ex plenitudine; ⁊ tunc incipe curā p minutionē sanguis ⁊ postea per fluxum ventris cū medicis que possunt purgare diuersos humores: sicut pillule cochie Galieni ⁊ hmōi: et debes ponere supra mēbra aliquā medicinā donec purgetur corpus; et minuere de cibarijs suis. s. facere paruū et subtilem ⁊ nō indiget alio regimine pter illud.

¶Si autē apostema qđ est in iuncturis fuerit ex sanguine et colera aut ex sanguie ⁊ flegmate. tūc debes ipm curare ex cōpositis: verbi grā. ponamus ꝙ apostema sit in aliq̄ iunctura cū calore forti tactu ⁊ sine extēsione ⁊ pulsatiōe et rubedine multa q̄ solet esse in apostemate sanguineo ⁊ ponitur dolor cū pulsatiōe: ⁊ aliqñ cū pūctiōe dico ꝙ manifestū est ex sermone nostro ꝙ illud apa est cōpositū de

sanguine ⁊ colera ⁊ dem⁹ incipere a minutiõe ⁊ purgatio
ne colere: ⁊ cõponere curas quas diximus. de melancolia
autẽ iam diximus ꝙ nõ accidit ex ea passio iuncturaruꝫ:
et ꝑpter hoc de ea dimittem⁹ sermonẽ.

¶ De medicinis purgantibus humorem mixtũ ex sangui
ne et colera. Cap. v

p **Aratione** in dolore iũcturarũ ex sangui
ne ⁊ colera qñ iuncture fuerit
calide: et volueris soluere solutione media accipe
succi mali granati dulcis lb.s. ⁊ iulep. lb.s. mirobolanorũ
citrinorum. ʒ.v. commisce et mitte simul et morentur ibi
vna die ⁊ vna nocte: postea cola ⁊ bibe. ¶ Aliud debilius
sed magis infrigidat. Recipe. libr. j. iulep. ⁊ appone. ʒ.x.
mirobolanorũ citrinorũ et dimitte sic ꝑ vnã diẽ ⁊ ꝑ vnam
diem ⁊ ꝑ vnã noctem: postea cola ⁊ appone ibi. ℥.j. de mu
cillagine psilij: et da patiẽti. ¶ Aliud accipe pruna sicca ⁊
passa numero. xxx. tamarindorũ. ʒ.xv. coque in tribus li
bris aque donec remaneat libra.s. postea exprime ⁊ cola
et adde colature mirabolanorũ citrinorũ. ℥.x. ⁊ vna die ⁊
vna nocte dimitte: ⁊ iterũ cola ⁊ addit. ʒ.x. çuccari sumat
patiẽs. ¶ Syrupus mirobolanorũ citrinorũ: q valet iun
cturarũ dolori ⁊ febrib⁹ acutis ⁊ tertiãe ⁊ purgat ẽt colerã.

¶ ℞. mirobolanorũ citrinorũ. ʒ.c. ⁊ ablue cũ aqua calida
reubar. ʒ.x. mitte cum aqua frigida ita ꝙ aq̃ supemineat
duobus digitis postea in estate pone ad solẽ ꝑ quattuor di
es: deinde accipe tantũdẽ aque vt remaneãt mirobolani
et iterũ mitte in aliã aquã ⁊ dimitte tandiu: donec amit
tant saporem suum ⁊ albescant: deinde aggrega primam
et secundã aquã cũ. ʒ. centum mãne albe coque ad ignem
et remoue spumã donec fiat sicut iulep ⁊: si vis acue eũ cũ
scam. cuilibet lib. appone. ʒ. vnã scam. ⁊ supra quãlibet li.
appone ℥.j. aque rosa. ⁊ vtere quãdo volueris.

¶ Pill. ad dolorẽ iuncturarũ calidũ ⁊ sunt iohannicij. ℞.
aloe succo trini. ʒ. tertiã partẽ. çinçiberis. ʒ.j. mirobolano
rum citrinorũ. ʒ.j. scam. sextã partem. ʒ.j. esule quintã ꝑtẽ
ʒ.j. masticis septimã partem. ʒ. fac pill. cum aqua citonio
rum vel macianorum ⁊ sume totũ semel. iste pillule pur
gant colerã rubeam ⁊ parum humoris aquosi ⁊ bñ opan
tur in dolore calido iuncturarũ. ¶ Pillule optime in pn
cipio egritudinis. ℞. aloes. ʒ. decem. çirungem mirobo
lanorum citrinorũ. ana. ʒ.v. confice cum succo vue canine
et sume qualibet vice ʒ.j. ⁊ s. vel tres pillulas.

¶ Itẽ pillule al. ℞. scam. puluericate. ʒ.v. mitte in aq̃ cito
niorum. ʒ. decem. dimitte donec desiccent ⁊ mitte cũ. ʒ.x.
çucca. ⁊ cubebe. ʒ.s. cõfice cũ iulep. ⁊ fac pill. ad modũ cice
ris: ⁊ sunt optime in qualibet dispositõe ⁊ maxime cũ sto
machus est ĩpeditus vel nõ egerit: ⁊ sume in qualibet ho
ra qua volueris. ¶ Electuariũ qđ purgat colerã ⁊ stoma
chum cõfortat boni saporis ⁊ odoris. ℞. citoniorum fru
statim incisorũ. ʒ. lx. pone in aceto ꝑ diẽ ⁊ noctẽ vnam po
stea extrahe ⁊ pista scam. ʒ.x. cubebe. ʒ.ij. cardamomi. ʒ.ij
spice nardi aur. j. ro. ʒ. vj. confice cũ. xl. dragmis mellis et
aceto cũ volueris da. ʒ.ij. valent in hac causa trocis. ros.
scam. vel vio. scamoneati.

¶ De medicinis q̃ purgant flã et crudos hũores. Ca. vj.

m **Edicamen** laxatiuum mũdificans ĩ testi
na a fecibus ⁊ a flegmate sal
so. ⁊ extrahit flegma a iũcturis. ℞. turbith. ʒ.x. çiçi.
ʒ.ij. çuccari. ʒ.xx. ⁊ fac pillulas. ⁊ da a. ʒ.iij. vsq; ad. iiij.

¶ Syrupus de turbith educit flegma de iũcturis ⁊ ancha
fortiter: ⁊ ẽ aptũ ⁊ optimum eis q odiunt medicinas. ℞.
turbith. lib. j. mitte in tribus libris aque frigide ⁊ morent
tribus diebus ad solẽ: deinde cola: ⁊ deinde si saporẽ ami
serit ꝓijce ⁊ aquã serua. sin autẽ appone aliam aquã ⁊ ite
rũ appone ad solem donec amittat saporẽ: postea aggre
ga illas duas aquas ⁊ mitte librã vnã çuccari. ⁊ coque do
nec fiat sicut iulep. educit multotiẽs humorẽ flegmaticuꝫ
et si volueris citius facere coque ad ignẽ: quoniã nõ ẽ de
bilior a primo: sed postea nõ erit ita clarus. ¶ Aliud laxa
tiuum ad dolorẽ iũcturarũ ex flegmate purgat fortiter et
educit sepe. ℞. çirungẽ. ʒ.j. ⁊ s. esule. ʒ.iij. turbith. ʒ.j. ⁊ s.
çinçinberis septimã ꝑtẽ. çuccari quãtũ oẽs alie spẽs.

¶ Pill. que flegma iũcturarũ purgãt. ℞. turbith. ʒ.j.s. col
loquitide. ʒ.iij. bdellij. ʒ.iij. forma pill. ⁊ sũt mirabiles in
attrahendo flegma crudũ ab anchis.

¶ Medicamẽ qđ. ℞. sarcocolle ru. ʒ.iij. çirungẽ nitri. ana.
aur. ij. distẽpera i. ℥.j. olei nucũ: ⁊. ℥.j. decoctiõis aneti ⁊ bi
bat pa. purgat sine nocumẽto dol. aufert anche oĩno.

¶ Medicie ad dolorẽ anche generaliter sũt iste: collo q n
tide centauree minoris: succus cucumeris asinini: çirun
gen esule: piretri serapini oppoponacis amoniaci ex istis
cõponũtur medicine ad dolorẽ anche ex flegmate.

¶ Medicine ad dolorẽ anche ⁊ dolorẽ iuncturarũ ex fle
gmate. ℞. corticis colloquintide. ʒ.v. passas sine armillis
manũ plenaꝫ: coque in tribus lib. aque donec remaneat
tertia pars: ducit decẽ vicibus ⁊ magis flegma crudum ⁊
humidum.

¶ Pil. fortes valde purgãt flegma ex iuncturis et ancha.
℞. çirungẽ. ʒ.s. esule. iij. ꝑtes. ʒ. turbith. ij. partes. ʒ. collo
quintide quartã ꝑtem. ʒ. euforbij. iiij. ꝑtem. ʒ. sumãtur vi
ce vna sũt eni fortes: ⁊ loco istarũ vtimur pillulis fetidis
et pil. çirungẽ ⁊ alijs pillulis que scripte sũt ĩ alijs libris.

¶ Decoctio que facit homĩes surgere de lecto qua vtimur
in podagra ⁊ dolo. anche ex flegmate ⁊ est mirabilis. ℞.
corticis radicis apij feniculi. ana. ʒ.x. colloquintide cen
tauree mi. ameos anisi çirunge esule. ana. ʒ.v. coquantur
ĩ. iiij. lib. aq̃ vsq; q̃ remãeat. j. ⁊ sumat quotidie ℥.j. ⁊ iuuat.

¶ Pillule fortes que purgãt flegma ⁊ remouent illud de
ancha et iuncturis. ℞. turbith. ʒ.x. colloquin. ʒ.x. ⁊ s. succi
cucumeris asinini. ʒ.iiij. centauree. ʒ.iij. eufor. aur. j. esule.
ʒ.v. sarco. serapini. ana. ʒ.ij. armo. oppoponacis. ana. ʒ.j.s.
carui sinapis nasturtij. ana. ʒ.iij. cõfice cũ succo fenicu ĩ vl
porrorũ. dentur forti. ʒ.iij. multotiẽs educit: ⁊ debes eo vti
cum corpus est plenũ crudis humoribus ⁊ flegmate. In
tali casu potes vti yeralogodion vel yera ruffini: sed vti
lius est vt vtaris yeraruf.

¶ De medicinis purgãtib⁹ humorẽ vel melancolicũ a iun
cturis. Cap. vij.

q **Uando** sciueris ꝙ iuncturarũ dolor proue
nit ex melancolia vtere his medici
nis. ℞. epithimi noui. ʒ.v. puluериça cum. ij. ʒ. aque
mellis. purgat multotiẽs.

¶ Aliud. Re. polipodij. ʒ.xx. çuccari. ʒ.j. pluериça ⁊ bibe cũ
iulep. ¶ Aliud mirobolanorũ indorũ. ʒ.xx. epi. ʒ.xv. mit
te in libra vna aque frigide ⁊ morentur ibi tribus dieb⁹.
postea exprime ⁊ bibe cum. ʒ.x. çuccari purgant enim me
lancoliam.

¶ Decoctio epithimi purgat fortiter melãcoliam. Re. mi
robolanorũ indorũ. ʒ.xx. polipodij sticados. añ. ʒ.v. sene.
ʒ.vij. coque tãdiu in tribus libris aque donec vna rema
neat: postea mitte. ʒ.x. epithimi: deinde remoue ab igne ⁊
dimitte sic ꝑ vnã noctẽ postea exprime et cola: postea acci
pe. ʒ.j. agarici. ʒ.iij. salis indi. ʒ.iij. ellebori nigri aggregen
tur simul cum oximelle ⁊ sume in sero: ⁊ decoctionẽ supe
rius dictam in mane.

¶ Pil. purgãtes melancoliã ex iuncturis. Re. epi. ʒ.j. po
lipodij. ʒ.j. agarici. ʒ.j. ⁊ duas tertias: ellebori nigri. ʒ. q̃r
tam aggregentur ⁊ fac pillulas que vice vna sumantur.

¶ Et caue in purgando melancoliam: q2 nõ debes semel
purgare sed sepe. isti eĩ humores nõ ducent in mlta quã
titate in vna purgatiõe. ¶ Et nota ꝙ purgationẽ hu. me
lancolici semꝑ debent ꝑcedere balneũ ⁊ digestiuum.

¶ De his que purgant humorem mixtum ex flegmate et
colera. Cap. viij.

d **Olores** iuncturarũ pro maiori ꝑte sũt ex fle
gmate admixto colere. quoniaꝫ die
ta plurimorũ hominũ est grossa ꝑpter quã humo
res grossi augmẽtantur qui ad iuncturas discurrere non

possunt:nisi subtilient ab aliquo calore vt exercitus vel vsu rerū calidarū:cum ipsi de natura sua sint cōpacti ⁊ inepti ad fluxum:⁊ ꝓpterea videmus in illis q patiunt dolorem ex humoribus crudis tēpora quietis inter duas accessiones esse breuiora cū vigilant vl' laborant vel rebus vtuntur calidis. In alijs vero fit cōtrariū.ꝓpter hoc tamen nō preseruant ab accessione:qm̄ quādo multiplicātur isti humores claudūt meatus:⁊ quādo obstructi sunt aut corrumpūtur ⁊ putrefiunt.vnde acquirūt acumē quo subtiliantur ⁊ habiles fiūt ad fluxum:⁊ ꝓpter hoc medicine que attrahunt flegma ⁊ colerā simul meliores sunt q̄ꝫ que colerā tantum vel flegma attrahunt:⁊ medicine q̄ istud operantur ꝑncipaliter sūt oēs spēs titimali ⁊ scamonea ⁊ turbith ⁊ colloquintida:et aloe cum turbith attrahit humiditates cum colera.

¶Trocisci q purgant colerā ⁊ flegma ⁊ cōfortāt stomachū et ducunt sine labore.Re.scamonee.ʒ.j.⁊ duas tertias. et turbith.ʒ.j.s.rosarū.ʒ.j.s.spice nardi.ʒ.j.cōfice cū succo coctanorū vel macianorū ⁊ faciat.x.trociscos ⁊ bibat vnum trociscum cū dimidio ⁊ forte duos.

¶Decoctio purgans flegma ⁊ colerā mediocriter.℞.mirobolanorū citrinorū.ʒ.x.vsqꝫ ad.xv.turbith.ʒ.v.vsqꝫ ad x.Coque in tribus libris aque donec remaneāt due tertie libre:⁊ appone çuccari albi.ʒ.x.cola ⁊ bibe.

¶Pillule purgātes flegma ⁊ colerā fortiter.℞.sca.ʒ.j.colloquintide.ʒ.ij.aloes.ʒ.iij.succi absinthij dragaganti masticis.ana.ʒ.s.bibat.ʒ.j.s.sunt eni electe optime.

¶De medicinis p os sedantibus dolores iuncturarum. Capitulum ix.

n Ota q çurūgem habet magnā virtutē in omnibus doloribus iuncturarū: sed destruit appetitū ⁊ desiccat iuncturas cū in magna quātitate sumit:⁊ ꝓpterea si fuerit necesse de eo accipere in magna quātitate:accipiat postea medicinas cōfortantes stomachū.Quapropter admiscem⁹ semp anisi çiçiberis masticis:et mollificamus iuncturas cū aqua calida:⁊ pinguedinibus ⁊ oleis.Sed nota q istis nō debem⁹ vti nisi cum magnus ⁊ vehemēs fuerit dolor vel timuerimus de defectu egri:q2 iste medicine inspissant sanguinē ⁊ ꝓhibēt descensum humorū ad iuncturas.Quapropter nō debem⁹ eis vti nisi cum dolor fuerit fortis ⁊ corpus vacuū:⁊ tūc debemus vti ad mortificandū parū ⁊ ꝓhibendū cursum: et ego scribā eas quas exptus sum sepe:medicamē ad potandū cum dolor fuerit fortis ⁊ ad alleuiandū:çurungē ⁊ Zuccarum bibat cū aqua frigida.

¶Aliud.bibat semē ⁊ succū coriandri cū.ʒ.iij.çuc.

¶Aliud pone glandes die ⁊ nocte in aceto postea desicca et molle.⁊ da.ʒ.iij.

¶Aliud lentes excorticatas semē coriādri glādes çurungē:ana molle ⁊ bibe.ʒ.iij. ¶Cibi eorū sint aggresta: lētes in aceto ⁊ poma citrina acria ⁊ generalit' inspissantia sanguinē.¶Et si vehemētia doloris duxerit nos ad dandū res mortificatiuas faciem⁹ hoc medicamē.℞.se.lactuce. ʒ.x.iusqami albi.ʒ.x.aggrega cū succo lactuce ⁊ fac pillulas sicut cicer.¶Sed si dolor fuerit in pedibus pone suppositorū de opio ⁊ statī dormiet.hoc est faciendū cū dolor fuerit ex cā calida.¶Si autē fuerit ex frigida vtaris istis alijs çirungē.ʒ.x.sene.ʒ.x.assari çinçiberis cimini piperis longi spatare.ana.ʒ.ij.Confice cū melle ⁊ sumat ex eo pondus aureorū.ij.cum aq̄ tepida.

¶Aliud.℞.çurūgē.ʒ.x.mirre cimini.se. agnicasti. ana.ʒ.v.opij.ʒ.ij.cōfice cum melle ⁊ sumat.ʒ.iiij.¶Et si materia fuerit cōposita cū pauca colera diafilon est optimuꝫ ad h si sit nouū.Cibus eorū debet esse sicut carnes cocte ⁊ postea assate:panis coctus cū semibus calis ⁊ sitim sustineant inquantum poterunt.

¶Aliud ad cessandū dolorē podagre frigide.℞.çurungē olibani:ana.ʒ.xx.cimini.ʒ.x.sume ex eo.ʒ.iij.⁊ considera q aliqñ fit fortis dolor ex distensione mēbrorū ꝓpter humores qd̄ est cognoscere ex mēbri dispositiōe:⁊ tūc debes inungere ex oleo camomillino ⁊ facere emplastra ex se. bismalue ⁊ malue ⁊ dyaltea ⁊ pone sup iuncturas medicinas constringentes.

¶De clisterijs in vsu anche. Cap. x

p Ost purgationē maior cura sūt clisteria fortia que attrahunt materiā tali attractiōe q vulnerāt intestina ⁊ exire faciūt sanguinē.⁊ tūc cessat dolor eadeꝫ die: qd̄ ego vidi in plus q̄ꝫ mille hominibus: ⁊ nunq̄ꝫ vidi hominem q vteret istis medicinis qn ex toto sanaret ⁊ alleuiaretur nisi sit ita fortis q indigeat adustione:⁊ ego de istis clisterijs aliquas maneries pulchras ⁊ expertas vidi.

¶Clistere forte valde attrahēs flegma crudū ⁊ aufert egritudinē.℞.corti.radicū cappari corticis colloqui.centauree minoris cucumeris asinini corticis agarici: ana.ʒ.v. coque in tribus libris aque donec remaneāt due cola et appone mel ⁊ oleuꝫ ⁊ fac clistere ⁊ sustineat quāto magis poterit:⁊ anteq̄ꝫ fiat illud clistere ꝓcedat clistere factum de herba q̄ dicit atelgas vel cū sale ⁊ aqua ⁊ melle ad mūdificādū intestina ex fecib⁹:deinde sequat clistere ꝑdictū.

¶Aliud.℞.ellebori nigri:esule:collogntide:nasturtij centaurce camedreos.ana.M.j.coque in tribus libr.vini et mitte.ʒ.v.olei vetusci ⁊ fac clistere.Istud āt ē min⁹ forte ⁊ calidū ⁊ nō debes eo vti nisi i corpib⁹ flāticis ⁊ pinguib⁹.

¶Alijs vero sufficiet aqua antelgas ⁊ nitri ⁊ aqua salis.

¶Aliud accipe nasturtiū anisū mitte in aqua die ⁊ nocte ⁊ fac clistere cū fuerit calefacta.est eni optimū.

¶Aliud accipe tres lib.aq̄ ⁊ mitte lib.j.nitri ⁊ coopias ⁊ mitte ad solē duab⁹ septimanis ⁊ cū opus fuerit fiat clistere.

¶Aliud.℞.corticuꝫ collogntide coque in aqua calida et mitte parū nitri ⁊ olei ⁊ fac clistere.

¶De emplastris ⁊ vnguentis dissoluentib⁹ ⁊ dolorem sedantibus. Cap. xj.

i Am diximus q vnguenta q̄ ꝓhibent fluxum nō debes apponere sup iuncturas nisi cū corpus fuerit mundum post purgationē:tūc debes ponere talē medicinā sup iuncturas ad cōfortandū mēbrum ⁊ claudendū poros vt nō recipiat multa supflua:⁊ iam dixim⁹ cōditiōes istius cure sed modo volo dicere curas pticulares.

¶Unguentū ꝓhibēs materiā ⁊ sedās dolorē ⁊ valet apātibus sanguineis ⁊ infrigidat ea ⁊ cōfortat mēbrū.℞.spodij cāphore:memithe:acatie::ana.ʒ.j.opij.quartā.ʒ.ꝑfice cū aqua solatri vl' lactuce vel portulace ⁊ pone desup.

¶Aliud.℞.memithe: sandalorū rubeorū ⁊ ro. corticis papaueris nigri.ana.ʒ.x.opij.ʒ.j.fiant trocisci.⁊ cū volueris dissolue vinū cū aqua rosata vel cāphora.

¶Aliud vnguentū mirabile ⁊ qd̄ cōfortat mēbrum ⁊ sedat dolorē.¶Accipe ossa combusta sicca ablue ꝑus in aqua. postea sicca.ʒ.ij.çurungē.ʒ.iiij.amidi.ʒ.ij.ceruse.ʒ.ij. aggregentur cum aqua et camphora.

¶Aliud qd̄ confortat magis ⁊ ꝓhibet fluxum ⁊ infrigidat et debes eo vti cū materia fuerit multa.⁊ cum timueris ne apostema augmētetur.℞.sandali rubei boliarmeni: memithe corticē.mali granati opij ferugīnis:ana.ʒ.ij.confice cū succo mirthe.ē eni vnguētū forte ad reꝑmēdū hūorē.

¶Aliud ad idē ℞.acatie:galle viridis memithe triū sandalorū rosarū:ana.cōfice cū aqua myrthe ⁊ vnge.

¶Aliud infrigidās cū apostema fuerit in augmēto ⁊ ē de materia furiosa in qualitate ⁊ nō in quantitate.℞.amidi camphore.ana.molle ⁊ cōfice cū aqua ro.⁊ suppone.

¶Aliud qd̄ infrigidat et sedat dolorē et expellit multum. molle cerusam cum lacte vaccino.

¶Aliud qd̄ facit sedare dolorem stati et est exptuꝫ.Accipe micas panis albi ⁊ mitte in lacte vaccino ⁊ dimitte dōec fiat ipm vnguētū et pone decimā ptē opij ⁊ mole cū lacte et superpōe et cū calefactū fuerit remoue ⁊ appone aliū.

¶Aliud.℞.cerā ⁊ oleū rosatū sed quater tantū sit de cera

et cuilibet appone.ʒ.ij.çucca.⁊.ʒ.ij. opij mole ⁊ totū po/
ne desup ⁊ coopi cū folijs lactucarum.¶Medicamē valde
forte et debes eo vti cum fuerit magna necessitas. ℞.opij
corticū radicū mādragore:ana.ʒ.v.mole ⁊ cōfice cū aqua
portulace lactuce vel iusqami ⁊ informa grana ⁊ serua:et
cum opus fuerit solue cū aqua lactuce vel portulace: sed
dolor quādo adeo fortis fuerit ꝙ istis medicinis nō seda
bitur vnge diu cum aceto forti calido.

¶De medicinis qbus debes vti cū apostema fuerit in sta/
tu ⁊ calor fuerit fortis aliquātulum. Cap. xij.

c Um apostema fuerit in statu et calor fuerit aliquātulū for
tis. ℞.sandalorum rubeorum croci añ. confice cuꝫ
succo coriandri viridis.

¶Aliud accipe memithe aloe. ana.confice cum succo sa/
naī.¶Aī.farina ordei camomil.ro.ana confice cnm suc/
co sanaī et apij.

¶Aliud bolū armenū aloem crocum ro.mentam confice
cum aqua coriandri.

¶De medicinis quibus debes vti in declinatione aposte
matis. Capīm. xiij.

h Ec sunt medicine qbus vtaris in declina/
tione apostematis furfur.bismalua
flores camomille ꝯficiantur cū aqua furfuris ⁊ po
nantur sup cartā de panno.

¶Aliud farina tritici ⁊ semē lini cōficiantur cū aq̄ furfuris.

¶Aliud farine fenugreci aneti succi seminis lini cōfice cū
succo caulium.

¶Aliud cere ptē vnā olei aneti sextā partē.fac cerotum et
appone camomillā pīueriçatā:sed si volueris facere ma/
gis fortē appone axungiā galline vel anatis.

¶Aliud diaquilon cū oleo camomille est valde bonum.

¶Aliud storax liquida laudanū mastix semen cauliū ag/
gregentur cum fecibus olei yrini.

¶Aliud valde forte mastix laudanū se.raffani.se.caulium
armoniaci cōfice cū fecibus olei yrini:et cuꝫ volueris vti
his medicinis primo abluas mēbrū cum aqua calida tā/
diu donec rubeat:⁊ sic pone medicinas et ꝑmitte decem
horis:postea remoue ⁊ iterum appone:et sic tādiu facias
donec apostemata soluātur et si remāserit aliqd de apo/
stemate lapideū medicabiť sicut diceť in sequētibꝰ.Et iā
diximꝰ supius ꝙ emplastra que dissoluunt nō sūt necessa
ria nisi in dolore iuncturaꝝ ex sanguine ⁊ modo:dico ꝙ
sunt necessaria i apostematibꝰ:quoꝝ materia est sanguis
grossus melancolicus vel flegmaticus:sed apostema qđ
est ex colera pura istis oīno nō indiget: et nō debes mi/
rari si mora sit in dissoluendo qđ remāsit ex apostemati/
bus i iūcturis ex calida cā qm̄ materia colerica ē in corpi
bus duris atqꝫ cōnecta in iuncturarū ligamētis:quapro/
pter difficilior est ad dissoluendū q̄ꝫ si fuerit in carne:tn̄ si
istud apostema curatū fuerit secūdū ꝙ debuerit ⁊ nō fue/
rit error in medico nec in infirmo nec aliqua materia su/
per aliam fluxerit dissolueť in quadraginta diebus:⁊ plu
res medici putant ꝙ materia nō cōtineať tm̄ in ligamen
tis:sed etiā in chordis:qđ falsū est: qm̄ si materia esset in
chordis accideret spasmus ꝑpter cōtinuitatē nerui vici/
nantis musculo in cuius chorda ē materia: ꝙ ergo mate
ria discurrit ad ligamēta et nō ad chordas;cū ligamenta
sint duriora: iā declaratū est in libro nostro q cōtinēs ap
pellatur:sed illud ignorare nō impedit curationem.

¶In ꝑncipio post purgationē debemꝰ cōfortare mēbruꝫ
vt nō recipiat multa supflua:sed qꝛ cōfortare ē cū medicis
frigidis nō debemꝰ infrigidare oīno.sed aliquādo aliq̄n
tulū calefaciemus ⁊ illud tale est faciendū cum calor fue
rit i augmēto.Sed si aliquādo vigoreť dolor vtemur me
dicinis sedantibus dolorē mixtis ex illis medicinis q̄ al
terāt complexionē ⁊ mortificāt ⁊ cū cessauerit dolor ⁊ fue
rit declinatio vtemur dissolutiuis:⁊ si materia fuerit gros
sa ⁊ dura vtemur medicinis fortibꝰ:sed si fuerit mollis ⁊
subtilis vtemur debilioribus.¶Unguētū quo debes vti
in principio dolorū iūcturarū in fria cā acatia:aloe:myr/
ra:aggregenť cum aqua myrrhe.

¶Aliud nuces cypressi iuniperi myrra aggregenť cum aq̄
gallarum coctarum.

¶Aliud spica nardi:galla.cōfice ⁊ appone. ¶Unguenta
alterantia cōplexionē ⁊ sedantia dolorē:storacē liquidaꝫ
misce cum oleo laurino.

¶Aliud. ℞.castorei:costi myrre:añ ꝯgregēť cū oleo ātiq̄.

¶Aliud cerā dissolue cū oleo antiq̄ ⁊ oleo yris ⁊ cuilibet
℥.cū necesse est appone.ʒ.ij.euforbij:istud magnum facit
ascendere calorē in loco statim.

¶Aliud qđ calefacit mēbꝝ. ℞.piperis:castorei: euforbij:
ana.aureū.j.pire.aurei.ij.mole ⁊ appone.ʒ.j.olei costini
et vnge locum fortiter.

¶Unguentū ad mortificandū. ℞.opij:castorei:ana.croci
media ps aggrega cū aqua ⁊ pone:⁊ dolor vigorauerit
et cū medicinis ⁊ nō cessauerit vngať cū aceto forti in quo
sit decoctū origanū mētastrū ⁊ alie herbe calide.¶Medi
cina dissoluēs apostema molle.s. vndimiā. Accipe cine/
rem vitiū cinerē querci ⁊ mitte in aquā die vna ⁊ noce po
stea cola ⁊ misce tātūdē aceti ⁊ inunge pannū ⁊ appone.

¶Aliud.salgema mole ⁊ cōfice cum oleo ⁊ frica locum.

¶Aliud myrrā ⁊ aloem simul cōmisce:ana. ⁊ suppone.

¶Aliud.cretam alumē cōfice cū aceto ⁊ vnge membrum
cum oleo ⁊ superpone pluries.

¶Aliud litargiri pīueriꝫati. ℥.j.olei.℥.j.coq̄ dōec fiat spis
sum.postea mitte radices cauliū ⁊ misce donec icorpenť.

¶De curatiōe duri apostematis ⁊ lapideitatis que fit iiun
cturis Capīm. ixiij.

c Um apostema incipit indurescere vtaris medicis mol
lificatiuis secūdū duriciē apostematis:tādiu donec
videris remolliri ⁊ rarefieri ⁊ i latitudinē augmētari:tūc
reuertaris ad dissolutiua ⁊ vtere eis ꝑꝫ quātitatē duriciei
et nō cesses qn̄qꝫ mollificare qn̄qꝫ dissoluere donec totuꝫ
dissoluatur:⁊ ex eis q̄ mollificāt est.Balneū ⁊ cibi subti/
lus ⁊ molles ⁊ purgatio melācolie ꝑprie.Et caue ab his
que inspissant sanguinē ⁊ vīr ab oibus cibis viscosis ⁊ sic
cis sicut ordeo ⁊ lentibus ⁊ adurētibus sanguinē sic alijs
salsis ⁊ siſibus:⁊ ab oibus inspissantibꝰ sanguinē sicut vi
num nouū ⁊ panis açimus:oua dura:⁊ sufficiāt eis omēs
aues pue ⁊ eduli ⁊ arietes ⁊ oua mollia cōmixta cum sa/
le et cum vino: et panis fermentatus cum multo sale: et
vinum subtile et nō cesset vti istis donec dissoluatur apo/
stema:⁊ si lapideū est ex eo aliqd medicabimur cum istis
medicinis.¶Unguentū mollificās ablue mēbrū cum aq̄
calida donec infletur postea vnge cū cera ⁊ sic ꝑmitte sex
vel septē horis ⁊ q̄tidie siīr fac dōec appareat mollificatō.

¶Aliud.radices maluauisci radices cucumeris asinini.co
que in oleo ⁊ fac vnguentum.

¶Aliud.forte mollificās:pinguedo galline ⁊ anatis vel an
seris medulle cruris vituli cerā ⁊ oleū misce ⁊ fac vnguē
tū:⁊ pone desup nocte ⁊ die:postea ablue ⁊ iteꝝ appone.

¶Aliud magis forte bdelliū storax liqda armoniacū mi/
sce cū oleo yrino ⁊ superpone.

¶Aliud exptum qđ non fallit fecis olei yrini ⁊ fecis olei
se.lini mucillago fenugreci pinguedo anatis ⁊ suppone.

¶Aliud mollificatiuū cere.ʒ.v.olei yrini.℥.j.medulle cru
ris vitelli armoniaci ⁊ storač. liqde: bdellij galbani.ʒ. v.
liquefiat cera cū pauco oleo yrino ⁊ alie medicine pulue
riçate addanť ⁊ cōficianť ¶De medicis resolutiuis sim/
plicibus:farina fenugreci cū aqua mellis:⁊ calx cum pin
guedine antiqua stercus caprinū cū oximelle cinis cauli
um cū armoniaco armoniacū cū oleo antiquo vel cū ace
to.¶Emplastrum compositum:radix yreos:aristol.elle
borus:piper:conficianť cum oleo.¶Aliud farina lupino
rum fenugreci stercus colūbinū confice cum oximelle ⁊
superpone. ¶Emplastrum forte:aristoī.piretri: radicis

cappařis lupinorum yreos stercus columbinum: calx: et de ficubus nigris quātū de oībus ↄficiant cū oleo antiq̄.
¶ Diaquilon forte ad dissoluendū: litargiri olei antiqui: ana. decoquātur donec inspisset deinde pone viscositatē sinapis q̄ʒtum est oleum ꝛ moueatur donec coaguletur. est enim valde forte.
¶ Aliud. litargirū coque et appone viscositatē fenugreci postea misce cum oleo calcē ꝛ nitrū piretrū: aristologiam sulfur: ana. de oīb⁹ tātū sit q̄ʒtū de viscositate. ¶ Emplm̄ mollificās ꝛ dissoluēs ꝛ ē mirabile: armoniaci bdellij: sto racis liquide: ana. ʒ. x. olei yrini q̄ʒtū sufficit ad mollifican dum ꝛ gūmi cōficiantur cū ficubus nigris.

¶ De cura ꝓprie lapideitatis. Cap. xv.

Cura propria ad lapideitatē ablue cum aqua in qua decocta sint radices maluauisci: anetū: camomilla: donec rube at qđ est in circuitu lapideitatis qm̄ qn̄ fortis ē lapideitas locus lapidis nō rubet: deinde ponātur piguedies ꝛ me dulle die ꝛ nocte: postea accipe lapidē marcasite ꝛ pone in ignē dōec rubeat: postea rora cū aceto forti: ꝛ pone mē brum desup et stet sup vaporē vna hora: postea laua cum aceto forti calido ꝛ fiat oīs ista cura p aliquot dies: postea molle armoniacū cū aceto forti et pone desup p aliquot dies: et postea reuertere ad mollificatiua donec resolua tur. ¶ Emplastrū ꝓprium ad resoluendum lapidem.
¶ Armoniacū oppoponacū bdelliū: galbanū: nitrū sina pis piretrū sulfur: ana. litargirū q̄ʒtū de oībus. Coque litargirū cū oleo donec fiat spissū: deinde cōfice cum alijs medicinis: sed mollifica mēbrū et postea pone medicinā istā desup. ¶ Dixit. G. ꝙ accepit caseū antiquū longi tem poris et nasturtiū et pluerizauit simul: postea accepit pe des porci antiqui salsi et coxit: et cū illa aqua nasturtiuʒ et caseum miscuit: et fecit emplastrum sup iuncturas lapide as et rumpebatur cutis ꝛ exibat venenositas oīs ꝛ sic pa tiens sanabatur ꝛ expertus sum illud sepe.

¶ De medicinis que adurūt ꝛ eis nō debem⁹ vti nisi in fi ne egritudinis. Cap. xvj.

Quamuis istis medicis vtanť medici i plu ribus egritudinib⁹ cronicis: ma gis debēt vti in egritudinib⁹ iuncturarū post pur gationē ad attrahendū illud qđ est in ꝓfundo iuncturaʒ ad supficiē corpis: ꝛ ꝓpter vehemētiā adustionis istaruʒ medicinarū attrahiť materia ad supficieʒ corpis: ꝛ nimis forte: et ampullať locus: ꝛ in illis ampullis aggregať to tum venenū: vnde fortius attrahitur materia: q: quanto magis debilitať ipsa pars: tanto magis declinat ad ipam materia: ꝛ iste medicine sūt valde fortes: ꝛ eis non debes vti nisi post plenā purgationē.
¶ Emplastrū attrahens materiā ex ꝓfundo iuncturaruʒ et anche cōburēs. ¶ Nasturtiū piretrū capparis: ana. cō ficiantur cū aqua cineris ligni ficus ꝛ pone ligaturaʒ do nec cōburat: postea solue ꝛ si nigrescit locus suauiter po ne donec ampulauerit ꝛ aperianť ampulle: ꝛ tunc laua lo locū cuʒ aqua calida vt cesset dolor: ꝛ vnge cū butyro vt nō cōsolidentur vulnera: nā q̄ʒto diutius fuerit aperta tā to melius erit.
¶ Aliud forte feces vini aduste cataputie cātarides nastur tium: ana. cōficiantur cū succo squille.
¶ Aliud simplex: vnge locū cū melle anacardino donec ampulletur vel anacardi sic fit: pone i forti aceto anacar dos ad ignē ꝛ pmitte diu bulire ꝛ mel qđ cōtineť i anacar dis exibit ꝛ inueniet in aceto ꝛ vsui cōseruet.

¶ De dolore anche ꝛ artetice. Cap. xvij.

Cura ad dolorem anche ꝛ artetice quā cō posuit galienus ꝛ eā laudauit val de ꝛ dixit ꝙ non est necessaria alia medicina ꝛ sel apposita curat ita efficaciter ꝙ si ad bal. delat⁹ fuerit pati ens in mula vel in lecto sine alicuius adiutorio: ad ꝓpria reuertetur. ¶ Accipe fumiterre viridis in estate ꝛ cōquať sa bene cū sepo ꝛ pone sup dolorē anche vel iuncturaruʒ et dimitte duabus horis ligatū: ꝛ si sudauerit patiēs i bal neo emittet aquā ꝛ dissolue emplastrū: q: tūc necessaria ē alia cura: et si remanserit aliquid cum dolore fac eandem curam per decem dies.

¶ De cura vlī ad dolorē anche. Cap. xviij.

Signa autem materie existētis in ista iū ctura nō sunt diuersa a si gnis aliarū iuncturarū: sed in modo cognoscendi et cura est aliqua diuersitas: ꝛ ꝓpter hoc locutus sum de ea separatim. ¶ Dico ergo ꝙ ista iūctura est ꝓfunda coo perta multa carne. Unde medicus nō potest bene cogno scere nec ex calore: nec ex colore loci. si autē apparuerit in eo aliquod signū manifestum significať ꝙ materia est valde abūdans. Uerbi grā ꝙ si calor vel frigus apparue rit in tactu significať ꝙ maior est in duplo q̄ʒ appet ꝓpter ꝓfunditatē illius iuncture: sed p maiori pte nō manifesta tur nec in colore vel calore nec in tactu: ꝛ illud qđ discur rit ad illā iuncturā sūt humo. flegmatici ꝛ q̄nq; claudunť ibi ꝛ tandē resoluūtur. Quapropter multotiēs relaxanť ligamēta istius iuncture ꝓpter humiditatē in tm̄ ꝙ verte brum resilit a scia: ꝛ hoc est maius malū qđ pōt accidere i hac egritudine. ¶ Lapideitas vero nō cōtingit vnquam: quia nec ego vidi nec aliquē magistrorū vidisse audiui.
¶ Cura huius egritudis hec est: si viderimus ꝙ sanguis abundet in corpe minuamus de basilica de manu oppo sita anche infirme ꝛ extraham⁹ sanguinē sepe: si sanguis nō abundauerit: sed infirm⁹ habet ex virtute ꝛ calore na turali tm̄ ꝙ nō infrigidať p minutionē eius corp⁹: minue mos etiā: qm̄ maneries istius cure ē pfecta ꝛ valde bona: postea dabimus vomitū vel fluxum vētris ꝓuocabimus: vel clisteria fortia faciem⁹: ꝛ postea emplastra fortia: ꝛ po stea que adurūt si fuerit necesse: ꝛ si apparuerit signa fle gmatis in corpe egri: tūc caue minutionē ꝛ vtere vomitu: deinde fluxu postea ab alijs secundū ordinē: ꝛ nō ponas sup ancham empl̄m nec vnguētū ante euacuatiōes corpo ris: sed si dolor augmētareť añ purgationē corpis pone mus medicinas habētes calorē tempatū que possunt seda re dolorē ꝛ nō attrahere materiā: vt camomilla ꝛ semē li ni ꝛ vngemus cū oleo de alcana vel oleo aneti. Quoniaʒ vnguenta ꝛ emplastra ꝛ alia quādo corpus fuerit plenū multis humoribus attrahunt humores ad iuncturas et nocēt multū qm̄ magis attrahunt q̄ʒ dissoluunt. ꝛ hec est causa quare nō debem⁹ apponere aliqđ emplastrū frigi dum in passione sciatica: quāuis sit ex calida cā. Empla stris frigidis nō indigemus in passione huius iuncture quāuis cōburať ex calore: qm̄ nulla est medicia tā fortis que possit expellere materiā a loco suo: sed inducit mai⁹ malum: q: claudit poros: ꝛ retineť materiā: ꝛ facit accide re maiorē dolorē: et sollicitudo nostra non debet esse nisi circa attractionē eius qđ est in ꝓfundo illius iuncture ad supficiē corpis. Quapropť vtimur ēpl̄is cōburētib⁹ vl̄ cū igne ipo si necce fuerit: ꝛ postea cū corp⁹ fuerit euacuatū p vomitū vtemur medicinis laxatiuis q̄ attrahūt flā: ꝛ sup fluitates mucillaginosas: vt cucumere asinino: colloqui tida: centaurea ꝛ hmōi: ꝛ aqua aloes mirabilis ē ad hoc: qm̄ q̄nq; frequēter accipiť donec fit dissinterta: sed tamē anteq̄ʒ fiat curatur egritudo. ¶ Et sis memor vt nō vtaris medicina laxatiua ante vomitū in hac egritudine oīno: qm̄ multotiēs augmentať dolor p attractionē materie in ferius. ¶ Unde debes pmo ꝓuocare vomitū post reple tionē a cibis diuisiuis qbus ppraťhu. ad vomitū. ꝛ quā do infirmus vsus fuerit ad vomitū sepe: tūc ꝓuoca vomi tum in mane cū medicinis leuib⁹: et debes interponere aliquot dies inter vtraq; euacuationē vt qescat corpus: ꝛ prepares illud ad euacuationē ꝛ max. in fine egritudinis qm̄ tūc debes ponere spaciū inter duas euacuatiōes lon gius: qm̄ tūc virtus est debilis: et si virtus fuerit debilior adhuc magis longū spaciū ponem⁹: ꝛ dabim⁹ cibatia mľ

ti nutrimēti pauce supfluitatis: sicut panis calid⁹ bene fermentatus ꝛ bene coctus: ꝛ vitelli ouoꝝ ꝛ carnes minoꝝ auiū ꝛ vinū clarū tp̄atū in qualitatib⁹: qm̄ ista egritudo ē cronica: ꝛ in dieb⁹ quietis da medicinas q̄s in cura materie flegmatice diximus: et eliges ex eis fortiores vel debiliores secūdū fortitudinē vel debilitatē materie: et caue a cibis multa supflua generantib⁹ ꝛ ab ebrietate. ¶ Et sustineat famē quātū poterit ꝛ cibū sumat in tali quātitate i qua maior fiat restauratio q̄ꝫ facta fuerit deperditio. ¶ Et caueat ab ambulatiōe ꝛ balneo ꝛ equitatiōe ꝛ retētiōe vrine et stercoris ne declinēt supfluitates ad anchas ꝛ inter duas euacuatiōes vtatur vomitu. ¶ Et qn̄ intellexerim⁹ q̄ sufficienter fuerim⁹ vsi medicinis laxatiuis faciem⁹ clisteria sanguinē educentia ꝛ apponemus emplastra cōburentia ꝛ ponemus in balneo calido ꝛ ponemus ventosas sup anchas cum igne.

¶ De curatiōe sciatice passionis Cap. xix.

¶ Sisimbrium: menta: almarda: dux. fumus terre: fenigemisch: seleni: liliū albū: liliū cel. nenufar celeste: ꝛ palliodium: aliothinū: rose: viole: virgeris: ladion idest oculus bouis. virga pastoris: iusquiamus. Iste sunt tres res medicinarū: in q̄bus nō enenit timor. Et si cū cera vel sepo vel çucharo misceanť raro vel nūq̄ꝫ egro lesionē efficiūt magnā. Nunq̄ꝫ eni vidi vel audiui ꝙ aliqs q̄ his reb⁹ medicareť magnā lesionē inferret egris. ¶ Sed res q̄ cognite nō sunt: q̄s qs vult expiri audaciter cum eis medicari nō debet. Et quādo aliqs in antidotarijs ꝯfectiones inuenit cū eis mediceť cū reb⁹ inuētis ꝛ cognitis ꝛ in cibarijs sic faciat: ꝛ cū doctor hoc faciat fortunabiť in suis opibus ꝛ habebit complementū rationis: ꝛ oia que natura humana abhorret ꝛ timet oino dimittat. Et deū exoro vt super his mihi tribuat adiutorium.

¶ Liber quintus de verbis ypocratis.

Atroitus ad tractatum quintuꝫ in salute que nobis accidit ꝓpter verbum ypocratis. Jnqt abubertri medicina tota est dei ꝛ res venerabilis. Et grates deo reddimus eo ꝙ nos fecit aptos in ea: vt venatores ip̄i⁹: ꝛ custoditores ip̄i⁹ ꝛ fecit nos imunes a sciētijs vilibus: ꝛ fecit rusticos remotos ab ea ꝓpter longitudinē tempoꝝ ꝛ dierum. Et qꝛ inq̄sitores sciētie ꝛ translatores pauci inueniunť: ꝛ etiā qꝛ illa angusta: ꝛ etiā illi qui scientiā habēt apud se, ne amplius augmētant eam respectu sui q̄ꝫ respectu amicoꝝ suoꝝ. Et deo grates reddimus: ꝛ laudes ei referimus ꝛ exoramus vt nobis sciētiā augmentet ꝛ ipse dn̄s diues magnus preter quem non est alius.

¶ Jnquit ypocras cū in die sexta acute egritudinis apparuerit apostema magnū vel liuidū post aurem. in decimo septimo die patiens moritur.

¶ Cui ī iuncturis nasciť apostema: ꝛ habet tumorē ꝛ scabiē in pedibus ab egritudine vsq̄ꝫ ad mensem vnū euadet.

¶ Quādo in naribus apa natū fuerit ad lenticule similitudinem ꝛ est viride vel nigrū moriť homo vsq̄ꝫ ad annū.

¶ Qui dolorē in ypocōdrijs habuerit: ꝛ maxime sinistro: ꝛ inflatio fuerit manifesta: ꝛ cito cōsumitur: moritur vsq̄ꝫ ad tertiam diem.

¶ Cuius alicui yceritia supuenerit: ꝛ vniuersaliter corpus occupauit: purgeť cum aqua achachile: ꝛ fumiterre: ꝛ ponatur supinus: ꝛ bibat vinū temperatū.

¶ Cui apostema apparuerit nigrū vel liuidum in digito pedis magni sinistri similiter scias esse apostema: ꝛ si anteriores fuerint infra tres dies aut septē moritur.

¶ Si in corpore hoīs fuerit alchasar idest bertoga: ꝛ sunt apostemata parua minuta rubea q̄ de facile resoluūtur: dicatis ei ꝙ habebit egritudinē leonis: ꝛ cum apostema nigrum apparuerit in lingua patientis febrem cōtinuam in die non cretica: dicatis ꝙ moritur: ꝛ est signum pronosticum ꝙ memoriam amittit.

¶ Corporis dolor ꝛ cordis tremor cum quis a somno surrepletionē humoꝝ in corpore signat: ꝛ est signnm pronosticum mortis subitanee.

¶ Cui intra oculum apparuerit apa ad auellane magnitudinē ꝛ dolorē nō sētit nec pōd⁹ vsq̄ꝫ ad trigita dies moriť.

¶ Qui in sōno multa loqtur apa habebit. Cui dolor cū in pedibus euenerit vsq̄ꝫ ad menses. iiij. nō moritur.

¶ Si in febribus non aduretibus quis situm nō patiatur: ꝛ pedes eius frigidi extiterint: ꝛ oris habuerit amaritudinem infra. xx. dies moritur.

¶ Cui in ꝑncipio nasi apa nigrū apparuerit vel acciderit cū forti dolore velociter ante duos menses moriť.

¶ Qui velociť olfactū amisit absq̄ꝫ catarro habebit febrē

¶ Cui dolor in genubus acciderit: ꝛ lassitudo cū surgere voluerit dolor fortis fuerit paralysi capieť.

¶ Dolor iūcturarū sine cā paruā vitā ꝓnosticat.

¶ Cui in ancha apostema calidum nimio ardore euenerit vsq̄ꝫ ad septem menses moritur.

¶ Cui in digito magno pedis dextri apostema apparuerit ad nucis similitudinē fedū tam in colore q̄ꝫ in visu: ꝛ cum ardore nimio fuerit vsq̄ꝫ ad annū moritur.

¶ Lingue grauitas si iuueni acciderit post ipsius humiditatem mortē pronosticat subitaneā.

¶ Cui apostema in mollitie auris euenerit cū forti dolore vsq̄ꝫ ad tres menses moritur.

¶ Cui febres q̄rtane acciderit ꝛ fluxū sanguinis ex narib⁹ passus fuerit ī die non cretica ante tres dies moritur:

¶ Cui ī palma dolor cū ardore vsq̄ꝫ ad octo mēses moritur

¶ Qui cū oculis aptis dormit epilepsiam habebit.

¶ Qui a somno territ⁹ surrexit: ꝛ hoc multū ei accidit: vel moritur vel pecuniam amittit.

¶ Qui manus suas mouerit q̄si aliqd accepturus ꝛ mortui ei apparuerit infra dies. xv. moritur.

¶ Qui post septimanā p̄mā febrē habuerit fecerit q̄ res q̄s nō ꝯsueuit: sicut si se detexerit vel ventositatē emiserit vel verba enormia dixerit sine dubio morieť.

¶ Qui in aliqua egritudine memoriam amiserit habet signū mali pronosticum.

¶ Cui ī corpe ꝑpigo liuida cū ardore nimio acciderit: ꝛ serpigo cui⁹ colori ad pruritū corruit vsq̄ꝫ ad. vj. mēses moriť

¶ Cui apa nigrū liuidū vel rubeū euenerit morietur. maxime si egritudinē acutā passus est.

¶ Cui facies torta fuerit: ꝛ febrē acutā hūerit cito morieť.

¶ Cui articuli cito mortui fuerit: cito rationē amittit.

¶ Qui appetitū habuit supfluū: ꝛ in horis q̄bus comedere ꝯsueuit humores venenosos habuit in stomacho: ꝛ si augmentati fuerint moritur.

¶ Qui auditū amiserit supflue: surdus est effectus.

¶ Qui studere ꝯtra volūtatē sui voluerit: ꝛ in studio nō delectať: vel sōnū vel rationē amittet vel meliam habebit.

¶ Qui cibaria appetierit: q̄ in stomacho corrūpūtur ꝑnci palia membra habebit debilia.

¶Sitim superflue q̄ sustinet hō est nature sustinibilis.
¶Famē sustinere nō est signū bonū fortitudinis nature.
¶Qui naturam habet debilē in acquirendis rebus altis ꝛ magnis moritur.
¶Corporis ponderositas ꝑpter cibaria cibos superfluos ꝛ potum superfluum sumit.
¶Crudelitas male intelligētes generat habiles.
¶Temperantia saluos ꝛ saluandos generat.
¶Liber sextus de scientijs ꝛ intellectibus sine q̄bus rect⁹ medicus esse non potest.

Aquit abuberth.res in medicina exptas nō potest q̄libet homo itelligere. ¶Operari cum fiducia que ī libris reperiunt̄ absq̧ sapientia doctoris res est casualis. ¶Complexio boni ingenij hoīs: ex opere medicine: ꝛ philosophie ꝛ cogitatiue preualet.
¶Quā plures doctorum libros legere: ꝛ secreta eoꝝ inspicere nimiū confert: quilibet enī philosophus aliquid habet sibi conueniens.
¶Farchi tēpus paruū est in cognitione herbe cuiuslibet ꝛ externe nascētibus: sed cognitis est vtendū: ex q̄bus copia haberi pōt: ꝛ quas nō es expertus dimittas.
¶Non sunt culpādi doctores antiq̄: eo ꝙ de rebus altioribus sunt locuti: ꝛ eoꝝ facta dubitāda nō sunt: ꝛ in his dubitandū nō est: q̄uis causam factoꝝ nō ostēdissent. Res enī rōnabiles sunt de q̄bus locuti sunt philosophi. hoīs nā nō euadit errorē maxīe in rebus difficilibus.
¶Qui ex sciētia nāli ꝛ phīa adiutus nō fuerit: nec ex canonibus logice: neq̧ ex oratōibus sapiētie: ꝛ in rebus secularibus delectat̄: dubitabilis dꝫ esse ꝛ maxime medicine.
¶Cū Galienus ꝛ Aristotiles fortasse in re aliqua nō cōcordant: graue est eoꝝ rationē ꝯcordare.
¶Bestie frigide ꝛ hūide: cib⁹ eaꝝ calide ꝛ hūide res.
¶Temꝑantia rationū eaꝝ est cognitio.
¶Uirtus spūalis: ꝛ virtus nālis: ꝛ virtus aīalis nō solum in libro nr̄o sunt diuerse: verū etiā in intellectu.
¶Queadmodū in morib⁹ ꝛ facieb⁹ ꝛ mēbris hoīes patribus ꝛ auis siles existūt: ita etiā in antiq̄s egritudinib⁹ hereditant̄: ꝛ maxīe in egritudinib⁹ mēbroꝝ ꝓncipaliū.
¶Cū infirmū curaueris cū rebus ad tꝑantiā ptinentibus cura ꝛ cū odoriferis: cū potueris cū his egritudinem vince: ꝛ hoc est rationale.
¶Ligamentū spiritus cum corpore cuꝫ est debile caueas ne cum fortibus medicinis destruas.
¶Spūs vitalis fit destructio: cū ꝑpter egritudinē mēbroꝝ nō ꝓncipaliū medicina q̄s vtit̄ violēta ꝓncipalia mēbra rosoluēs: ꝛ cōplexionē eoꝝ destruens.
¶Cibaria ꝯfortātia odoris boni tꝑantie affinia virtutē naturalē ꝯseruāt ꝛ mēbra ꝓncipalia confortant.
¶Cū egrū curas: virtutē naturalē vigora: si enī vigoraueris eā. egritudines q̄plures remoues. Si vero eam dimiseris medicinis q̄bus vteris eam destruis.
¶Epar ꝛ stomachus medicinas citius rapiūt nāliter ꝛ cibaria: ꝛ si res incōueniētes recipiūt patiūtur.
¶Dolores acuti calidi velocius frigidis corrumpunt propter caloris acumen.
¶Quando corpus egritudine inuasum fuerit: non curet̄ cum rebus ꝓncipalia membra ledentibus: ꝛ si feceris nocebis: cum conferre te credas.
¶Spūs naturā corporis sequit̄: maxime si dolor ī mēbro extiterit ꝓncipali: ꝛ cū dolor hoc modo fuerit confortetur spūs cū odoribus: ꝛ in similib⁹ placētibus: ꝛ hec cura corpori existit conueniens.
¶Medicinas accipere que caput purgant post cenam cū dormiendi est tēpus magis est ꝯueniēs: ab extremitatib⁹ enīꝫ melius educunt̄ humores: hac enim hora interiora membra vigent fortitudine.
¶Cuꝫ egritudo a complexione corporis diuersa fuerit: curari nō debet cū rebus complexioni contrarijs: maxime si egritudo fuerit in mēbro principali.
¶Egritudo cōplexioni mēbri silis: cuꝫ medicina cōplexioni affini curari nō debet: sed poti⁹ dimittas q̄ꝫ cures egritudinē cū mala cōplexiōe affini vt dictū est: melius est enī cū medicina mēbro ꝯtraria eam curare.
¶Ethicos cū rebus vigorantibus cōplexionē cura: ꝛ a tēperantia non remotis.
¶Cū paucioib⁹ medicis humorē a corpe remouere q̄ cognite sunt: sani⁹ est: q̄ꝫ si cū pluribus eū expellas.
¶Singulares medicine nō sunt dubitabiles: ꝛ ꝯuenire in virtutibus dubitat̄. Antiq̄ enī phī in cōpositis medicinis dubitabāt vt singulariū virtutes cognoscerent.
¶Cū his medicis debemus operari: quorum virtutes scimus: ꝛ quaꝝ oꝑationes erga naturā nouimus manifeste.
¶Utile est medico nouisse ꝙ hūores hyeme ꝛ vere plures sunt: ꝛ estate ꝛ autūno pauciores: facilius ergo estate ꝛ autūno curantur egritudines.
¶Egritudinem in membro radicali existere signū est dissolutionis corporis.
¶Cū humoris innaturalis effectū reprimis ꝛ naturā quietari dimittis ꝯuenientius oparis q̄ꝫ si cum vomitu ꝛ fluxu eū curaueris. Omnis enim fluxus vel vomitus debilitatē nature oꝑatur. Et hoc ꝯsiliū tibi affectuose presto: cū humorē membrū ꝓncipale noueris non petere. Q. si fortasse membrū ꝓncipale petierit omnino apostemata debilium ex egritudine nō repcutiant̄. mēbra enim principalia eoꝝ sunt debilia: ꝛ hec eoꝝ mēbra debent potius confortari q̄ꝫ putredinē apatis recipe: ꝛ quāto āplius apa creuerit tanto eoꝝ mēbra interiora iuuant̄.
¶Homines in sexto vel in q̄nto climate degētes debēt flebotomari potius q̄ꝫ qui in ꝓmo vel in septimo existunt: ꝛ minus omniū q̄ sunt in scd̄o tertio ꝛ quarto climate.
¶Cū apa in mēbro fuerit ꝓncipali: ꝛ dolorē egrotans non senserit: nec defectū ꝓtendit: ꝛ maxīe si ex sanguine vel colera fuerit generatū: ꝛ raro hm̄oi egritudines ꝯtingūt.
¶Frigida ꝛ hūida corpa nāliter parū ex cibis ꝓ nutrimēto recipiūt: ꝛ q̄d expellūt est nimis: sed eoꝝ fluentia sunt hūilia: ꝛ egritudines q̄s habēt difficiles ad curandum.
¶Corpora calida ꝛ sicca ex cibarijs multum recipiunt ꝓ nutrimēto: ꝛ multū appetūt: quorum ventres sunt sicci, et eorum cure habiliores sunt.
¶Ethici ex egritudinib⁹ cū cibaria necessaria desiderant medicus ea sic ꝑparet: vt eorum malitia auferatur ꝛ appetenti ea ministret.
¶Doctores medicīe egros debēt ꝯsolari etiā si signa mortis ꝑpendāt. Corpa enī hominū spūs eoꝝ sequūtur.
¶Spūs doctoris humilis adiutoriū prestat egris et eius contrarius non prestat.
¶Logici. ꝛ qui ex igento ꝓprio volūt iudicare: ꝛ iuuenes qui res nō sunt experti interfectores existunt.
¶Decet magistrum egrum interrogare: vt causam egritudinis interiorem cognoscat ꝛ postmodum rationale iudicium prestare poterit.
¶Decet magistrū vt ab alijs vrinarū indicia īgrat: ꝛ eoꝝ verba audiat: nec verecundet̄ egrotū interrogare: vt sciat an egritudo inter venas: vel extra existat vel ꝯsistat.
¶Dubitabilis est doctor qui iudicat facile.
¶Decet magistrū egri ꝯsuetudinē cognoscere in sanitate: vt cū res ipsi placētes in sanitate cognouerit: ei promittat cum ab egritudine ereptus fuerit.
¶Decet paralyticos vt corporibus suis naturalem caliditatē approximent cū calefactura que nō est ignis caliditate: sed sit incorruptoꝝ virginū.
¶Homines a cōsuetudinibus remouere: si vsus fuerit antiquus dubitabile est.
¶Queadmodū res crude absq̧ ignis caliditate ꝛ humiditate nō possunt excoqui: sic nec digestio celebratur absq̧ humiditate ꝛ innato calore.

¶Nobis est ɔueniēs vt humores in egritudinis pͬncipio relinquamus. Sed si valde distēperati naturā violauerit eos omnino remoueamus.

¶Decet magistrū cū humores cōtentos inter venas purgare voluerit vt medicamē cibo simile faciat: vt ad venas accedat: ꝛ a natura non existat diuersa: qḋ si fecerit: humores ad purgandum aptos faciet: ꝛ si vim fortasse inferre voluerit naturam variat.

¶Cū hūorē purgare volueris māᷓ ꝑpares cū medicinis ꝛ cibarijs placētibꝰ q̄ cibaria nām medicine habeāt.

¶Nō est opus balnei calidū īfrigidare aut frigidū calefacere: sed soluere ꝛ humectare ꝛ abstergere ꝛ sudare.

¶Potius ope tiriace īdigemꝰ cū sudorē ꝓuocare volumꝰ ꝛ expellere ꝛ soluere tā in iuuenibꝰ q̄ȝ in antiqs ꝛ debilibus ab egritudine ꝛ maxīe ī iuuenibꝰ fortis nature.

¶Facilius egritudines exteriores vere ꝛ estate curantur: ꝛ econtra interiores.

¶Non sunt pauciores egritudines q̄ cū defectu accidunt: q̄ȝ que cū supfluitate ꝓcedūt: ꝛ in hoc magistroꝝ error existit q: statim ad purgandū sunt prompti.

¶Cui medicinā mīstraueris: ꝛ humorē purgaueris: cessa purgatione non vtaris: corpori enim nocebis ꝛ egritudines generabis.

¶Ossa ꝛ mēbra hoīuȝ frīde cōplexionis ꝛ hūide sunt debilia ꝛ egritudinibꝰ ꝑparanꝭ: sȝ faciliꝰ curā recipiunt.

¶Apostema pueroꝝ expellas exteriꝰ. Caueas eni ne mā interiꝰ dissoluaꝭ: ꝛ maxīe si māᷓ a matre reduxit.

¶Contra visum egri in oī medicia procedere nō est cōueniēs: sic vt in die quodā aeri frigido exponaꝭ ꝛ in die alio relinquas vento calido.

¶Egritudines calide in antiquis timorosiores sunt q̄ȝ in iuuenibus: ꝛ in eis facilius terminanꝭ vel ad bonū vel ad malum. Nutrimēta enim, que ex cibarijs suscipiūt frigiditati attinent: ꝛ de his nō est timor nisi propter innate caliditatis debilitatem.

¶Egritudines frigide in antiquis cure difficilioris existūt in iuuenibus econuerso facilioris.

¶Balnea ꝛ medicine ꝓsunt egritudinibꝰ sibi ɔtrarijs.

¶Hoīes qui cibarijs vsi sunt ꝛ debiles sunt post labores statim cibū sumāt: ꝛ virtuosi ante cibū laborēt.

¶Qui cibarijs abstinet si laboret egrotat ꝛ hec egritudo est difficilis.

¶Paralytici ꝛ spasmati in pͥmo secūdo tertio quarto ꝛ septimo climate nō fiūt nisi ex defectu caliditatis innate et ꝑpter remotionē tpantie. Uel fiunt hmōi ꝓpter superfluitatē frigoris: ꝛ iō statim purgari nō debent.

¶Cū a capite ꝛ cerebro ꝛ extremitatibus purgare volueris pillulas in quantitate magnas īforma: ꝛ post cenā ante somnum ministra.

¶Cū humores in stomacho fuerit supflui mediciās redactas in puluerē ministra q bene sit cribellatus.

¶Cū mēbra pͥncipalia debilia vel egra fuerit: ꝛ tu vis medicinā tribuere laxatiuā ante egritudinē cognoscas.

¶Cū humores ab ītestinis remouere volueris in ieiunio medicinā mīstra: ꝛ pillulas informa minutas ꝛ humidas ꝛ precipe egro vt moueatur.

¶Ait cū pillulas formatas īueneris nemini ministres nisi prius in aqua calida humectaueris.

¶Ait. oīs medicina laxatiua oīno purgat colerā cū qua caliditas innata ꝛ humiditas expellunꝭ.

¶Ait. q mēbra pͥncipalia hn̄t debilia a medicinis abstineant ꝛ ꝑparenꝭ vt nō sint violēte. sȝ tpamēto affines.

¶Ait. ab egritudine ɔualescēs abstineat labore ꝭm cōparationē sue egritudinis ꝛ cibarijs illis vtaꝭ qbus vti ɔsueuit anteq̄ȝ infirmaretur.

¶Decēs est magistrū vt a cura ꝓpria non recedat propter egritudinis diuturnitatē: nec a cura dici propter malum irrationale qḋ acciderit.

¶Egro erit ɔueniēs: vt vnū tm̄ medicum eligat i error eni vnius magnā infamiā non inducit. Et vnius vtilitas quā in egro efficit collaudatur.

¶Qui q̄ȝplures medicorum interrogauerit in errorem incidit plurimum.

¶Ait. apata antiquoꝝ nō repcutiaꝭ. pͥncipalia eni eoꝝ mēbra sunt debilia ad recipiendū: ꝛ corrūpiꝭ corpus si propterea male māe diminuaꝭ natura.

¶Ait q̄ȝuis supfluos hūores pueri ꝛ senes habeant: non propter hoc purgari debent violenta medicina: debiles enim naturas habent.

¶Ait ad eam tpantiā egrū reducas si potes: quā ante egritudinem habere consueuerat.

¶Ait. nisi sanitatē alicuius agnoueris recessum a sua tēperantia nō cognosces: nec egrū pfecte curabis.

¶Ait multotiēs cōplexiones ad tpamentū credes reduci que ad egritudines potius reducuntur.

¶Ait. habitudinē bonā cū forti virtute si supflue soluere volueris errabis: sed cū laxatiuis tpate ꝓcedes.

¶Ait si recte opari volueris vnicuiq̄ȝ egritudini curā propriā exhibeas ꝭm ingeniū tuū ꝛ intellectū.

¶Ait qḋ sub spera lune ɔtineꝭ ꝭm vniuscuiusq̄ȝ gradus lune diuersitatē minuiꝭ vel augeꝭ vel ab aliqua mutatione mutaꝭ nunq̄ȝ in eodem statu poterit ꝑmanere.

¶Ait nihil eni extra naturā existit facile. Si eni puā egritudinē nō ɔsideraueris fortassis cura erit difficillima ꝛ si violentā egritudineȝ recte ꝑpenderis: forte magis cure approximabit q̄ȝ faciat parua.

¶Ait in egritudinibꝰ nō facile ꝓferas iudiciū. Nō vtinam habeas nisi postq̄ȝ egrū videris in presenti: ꝛ eū interrogaueris ꝛ examinaueris.

¶Ait in omni egritudine egrum interroga.

¶Ait oīs febris nām excedit: sed in qbusdā fortiores sunt ꝛ hoc ꝭm humorū diuersitates: ꝛ ideo febris colerica a frigiditate supflua nō debet extingui: neq̄ȝ febris quartana cum frigiditate humectāte curetur.

¶Ait cui apostema ad similitudinem rose que malo granato est similis natum fuerit ꝛ corpus ab hoc infirmum fuerit si exterius ad albedinem decliue fuerit nunq̄ȝ mēbrum ad temperantiam reducetur.

¶Ait dolores antiquos ꝛ debilitates membroruȝ filij a parentibus contrahere consueuerūt: sed fortasse in filijs vel diminuitur vel augmentatur.

¶Ait qui egritudinem habet diuturnam ꝛ vrina eius fuerit similis vrine sanorum sanari non poterit.

¶Ait medici complexio temperata debet esse vt nec rebꝰ secularibus intendat oīno nec expers eoꝝ existat.

¶Ait cum tempus corruptum fuerit propter veris humiditatem superfluam in estate procedunt egritudines scȝ ꝭm serpiginem ꝛ vertiginem scabiem ꝛ apostemata: sed has euadit egritudines qui fluxū ventris habuerit.

¶Qui patres ꝛ auos in sua generatione iuuenes habuerunt membra principalia fortia sunt ꝛ eoruȝ virtutes maiores sunt. Et his contrarijs contraria accidunt. Si tamē patres ꝛ aui senes fuerint humiliores habent memoriam ꝛ rationes.

¶Ait hominibus calide ꝛ humide complexionis cito tristitie eueniūt: ꝛ sic in eis citius egritudines generātur.

¶Ait q odorabilia ꝛ res saporiferas abhorruerint habent humoꝝ copiam putridoꝝ.

¶In omni ciuitate in qua nubes esse consueuerunt capita in eis degentium a vaporibus replētur ex quibus vaporibus catarrus ɔsueuit generari: ꝛ in hoc tpe extremitates corrumpuntur.

¶Ait cū in ciuitate ī estate fuerit nebula in eo anno febres putride generantur.

¶Ait ieiunium in estate corpus affligit ꝛ colorē pallidum efficit ꝛ melancoliā generat ꝛ visus debilitatē.

¶Ait sanguis qui cito ad aerem coagulatur terrenis humoribus est contrarius.

¶Ait in omni ciuitate a mari elongata homines degētes habent corpora sicciora.

¶Ait in oī terrarū genere corpora quatuor non sunt eadē cū sol existit in aliqua quarta circuli signorū. Cū enim frigus euenerit in quibusdam terris. In alijs estas eueniet. Et cum in qbusdā ver euenerit accidit in alia autūnus: ⁊ quēadmodū mutant tempora: ita ⁊ mores voluntates diuerse sunt: sicut cū hi q egypto sunt habent ver. illi q in india versant habent estatem. Et illi q morant sub equatore diei duas habēt hyemes ⁊ duo vera ⁊ duas caliditates ⁊ duos autūnos in omni anno: ⁊ ideo arbores eorū plures ⁊ eorū fruct⁹ meliores ⁊ acutiores similiter.

¶Ait mulieres que multū dormire consueuerūt supra dextrū latus vix pariunt feminā.

¶Si aliqs cū muliere coeat retro filij q nascent si masculi sint fient sodomite. Si vero femie erunt valde incōtinētes.

¶Ait dubitabilis esse debet q a societate feminarū oīno nō est remotus ⁊ in iuuenū societate gaudet.

¶Ait nō accidūt egritudines minus ex humorū paucitate q̄z ex ipsorū abūdantia ⁊ in hoc est error doctorū qui statim farmacijs vti volunt.

¶Omnia venenosa ⁊ maxime ea q̄ vaporoso sunt capiti cerebroq; sunt nociua.

¶Ait quēadmodū plante in lōgitudine latitudiue ⁊ altitudine diuersificantur. ita voluntates ⁊ complexiones variantur.

¶Ait diuersitas latitudinis terrarum cōplexiones ⁊ mores ⁊ cibaria diuersificant vsq;quaq; plura fiunt a secūdo in quartū ⁊ a q̄rto in secūdū gdū. Et he diuersitates similes sunt diuersitatibus que in his acciderunt ex eo q̄ quedam sunt hortulane: ⁊ quedam montane: ⁊ quedam nascuntur in campis.

¶Ait. decet modicū vnguēta diuersificare s̄m diuersitatē naturarū membrorū.

¶Ait melācolia i iuuenib⁹ cū medicia forti purgari nō debet: pauca eni; est in eorū corpibus ⁊ nō bene adheret corpori. Et ob hoc si medicina violēta fuerit de p̄ncipali natura membrorū totum remouet.

¶Ait. bonū est doctori q̄ cum dietis egritudinē remoueat vel curet: si potest ⁊ non cū medicinis.

¶Ait si cum longo tēpore quis medicina vel vomitu vsus non fuerit ⁊ vomitus vel fluxus ventris ei acciderit non est priuandus.

¶Ait parū diuersificantur ventositates in corporibus que absq; vapore sunt.

¶Ait vrine que sanitatē ostendūt i' hominibus nō cōmutātur in substantijs ⁊ coloribus.

¶Ait complexionū calidas in sanitate in hominibus non est eadē i eorū multitudine in corporibus.

¶Ait qui in salute vrinā egri nō respicit in egritudine ea; perfecte cognoscere non potest: neq; ipsius cura veritati prorsus erat affinis.

¶Ait debiles ex egritudine: ⁊ ex iuuenibus ⁊ antiquis cū habuerint apostemata non repcutiant cū medicinis violentis ⁊ fortibus: sed cū medicinis temperatis.

¶Ait cum ratione hominis fuerit perturbatio cum frigore ⁊ siccitate vtaris calidis rebus ⁊ humidis odoriferis que cerebrū per eius attractionem alterant interius: exterius liget patiēs ne iūcturas exterius exponat aeri.

¶Antiqui qui ex consuetudine quater in anno minui consueuerunt cum ad quadraginta annos ter in anno minuantur: ⁊ cū ad h' sexaginta bis: ⁊ cu; ad septuaginta semel ⁊ post hec a minutione caueat.

¶Ait. senes post annos sexaginta a minutione capittalis vene caueāt: neq; qui septuagintaqnq; annos habēt minuantur a vena basilica.

¶Ait qui in iuuētute multotiēs minui ɔsueuerunt cum ad sexaginta anos pueniūt infrigidant: ⁊ paralisi capiuntur ⁊ maxie qui frigidi ⁊ humidi sunt natura.

¶Ait p̄ncipaliū mēbrorū v̄tutē maxie custodias: hūiditates eni recipiūt ⁊ nō expellūt de facili: ⁊ ite; v̄tus minuit

¶Ait vsus magistrorū in causis egritudinum: ⁊ in eorum experimentis laudandus est.

¶Libri aphorismorū Rasis finis.

¶Antidotariū rasis in quo ɔtinent cōpositiones plurium medicinarū ad diuersas dispositiōes ⁊ multorū oleorū.

¶De aptatioue medicinarū ad diuersas dispōnes vt possint sumi sine horripilatione. Cap. j.

D E aptitudine medicinarum: vt sine horribilitate possint sumi s̄m rasim pillule mirobalanorū que sunt cōposite nō volētibus sumere decoctionē. ℞.c.mirobol'. citrinos ⁊ conquassatos submerge in aqua: ita vt coopiatur aqua ⁊ expositione soli septem diebus: deinde cola ⁊ aquā reserua: ⁊ sup eosdē aliā aquā mitte: ⁊ p̄mitte tādiu donec fiat absq; sapore: deinde repone vtrāq; aquā in vase vitreo ⁊ obtura os cum panno lineo: ⁊ p̄mitte donec inspissent aque in modū mellis. Postea serua tādiu donec pillule formari possint: ⁊ accipe ex eis. v. pillulas: vel. iiij. ⁊ resolue cū çucharo. ¶Si volueris remouere asperitatē ɔfice cū viscositate psilij: purgāt eni sine labore ⁊ sine horribilitate sumunt.

¶Medicamē ad epilepsiā det pueris ⁊ delicatis. ℞. succi squille penid. coque ⁊ mitte pipis nigri. ʒ. j. çinciberis q̄ztum est medietas penid. ⁊ da. ʒ. ij.

¶Medicamē aliud. ℞. sticados partē vnā siseleos. ij. ptes spatane partē mediā: çinçiberis: pipis. an̄. vj. partē: sqlle assate partē mediā. ɔgregent ⁊ pulueriçent: ⁊ pone amigdalarū dulciū ad pōdus oīu;: ɔfice cū melle vl' penidijs ⁊ cū çucharo pueris cū alphita aut in forma stomaticō.

¶Medicamē ad tussim siccā ⁊ vigilias: ⁊ fluxū humorū ad pulmonē: accipe semē papaueris albi. ⁊ mole ⁊ misce cū rob vini: ⁊ coq ⁊ mitte oleū amigdalarū dulciū ⁊ buliant donec inspissent: ⁊ da quotidie coclear quasi vnū.

¶Ad leucoflegmātiā oximel purgās aquā. ℞. aceti fortis lib. s. aq̄. lib. s. esule. ʒ. j. infuude in aceto ⁊ aq̄ p septimanā j. postea buliāt vsq; ad cōsumptionē medie ptis: ⁊ adiunge lib. iij. çuchari: ⁊ coq̄ donec fiat sirupus. iste eni sirup⁹ purgat sine nocumēto: ⁊ est sine horibili sapore: ⁊ si habuerit epar calefactū vice aq̄ pone aquā ro. ⁊ si stomach⁹ fuerit debilis mitte succū citoniorū acriū. Sed debes ɔsiderare quantitatē fluxus a prima die: ⁊ s̄m hoc minues vel addes: ⁊ si aliqū dederis: ⁊ nō laxauerit dabis p̄mo pill'. q̄s dicā postea: ⁊ post q̄tuor vel. v. sellas dabis istū sirupū Et si eger debilis fuerit ⁊ sirup⁹ duxerit ter vel q̄ter: noli addere in quātitate plus: qm̄ quotidie purgabit parum: ⁊ parū dabis quotidie de sirupo facto: ⁊ sunt qui puocant vrinam ¶Pillule laxātes aquā citrinā fortiter sine horribilitate saporis infunde esulam in forti aceto per vnam septimanā. postea sicca pulueriça ⁊ accipe ex eo: vnā partem: ⁊ squame eris vsti mediā partē: ⁊ euforbij. viij. j. partis: çuchari ad pondus omniū dissolue çucharū: ⁊ cōfice cū eo alias medicinas: ⁊ informa pillulas. ¶Si autē volueris qd̄ fit informa elij bene poteris. Sed debes considerare q̄ in qualibet dos. fit de esula. ʒ. s. ⁊ squame eris quarta pars. ʒ. j. euforbij. vj. pars. ʒ. j. ¶Et si volueris poteris dare sicut stomatichū vel alphula.

¶Oximel puocās vrinā ⁊ valēs ydropisi. Re. semē cucu. ⁊ cucur. se. endiuie. an̄. ℥. ij. se. apij. ℥. s. īfunde ī aceto ⁊ aq̄ vij. dieb⁹: postea cola ⁊ mitte tantundē çuchari ⁊ cuibilet lib. appone. ℥. j. aque cucu. al. ⁊ coque: ⁊ fac sirupum.

¶Medicamē dissoluēs vētositatē in colica passione: ⁊ est absq; horribili sapore. ℞. çincib. piperis. an̄ partē. j. cipi: mastic. an̄. due ptes. çuchari ad pōdus omniū: ɔfice ⁊ det ʒ. iij. cū cal'a: ⁊ in ista pas. valēt calcanei bestiarū combusti.

¶Et multo magis stercus lupinū albū cū çucharo quia he medicine absq; horribili sapore sunt.

¶ Medicamen puocãs vomitũ. ℞. se. atriplicis ptẽ. j. sal. ptes. vj. mell. aut mãne que magis vomica est: ⁊ dẽt ex eo quasi tres doses de semine atriplicis sicut. ʒ. iij. ⁊ vni⁹ q̃rta

¶ Oximel puocãs vomitũ. ℞. rad. cardi. q̃ solet comedi. ʒ. ij. pulpe melonis. ʒ. ij. infunde in lib. j. aceti ⁊ in vna aq̃ ⁊ malaxa eum manu ⁊ buliat cum tantundẽ penid. aut duabus lib. mellis: ⁊ fac oximel ⁊ propina.

¶ Medicamen dulce ad ydropicos. Accipe esulã ⁊ pista cũ dragaganto ⁊ amido sed esule sit. j. pars amidi. iij. ptes dragaganti pars. s. ⁊ de çucharo q̃ztum sufficit da. ʒ. s. purgat enim aquã fortiter: ⁊ si senserit arsuram in gutture bibat parũ olei amigdalaꝝ dulciũ: ⁊ si superueniat nausea bibat parũ de succo citonioꝝ donec incipiat fluxus: ⁊ tũc abstinendum est a succo.

¶ Ad mictũ sanguĩs cum vrina: ex plaga in vesica: vel virga sicut cũ principio mictus cũ vrina exit sanguis. Accipe Rob de vino: ⁊ buliat donec coaguletur: postea sume ex eo lib. j. ⁊ misce cũ fa. siliginis: ⁊ da quotidie in mane. ʒ. v. est enim sepe expertum.

¶ Ad restringendũ vomitũ pbatũ. Accipe mora celsi non dũ perfecte matura: ⁊ desicca ad vmbram: puluerica: ⁊ da ʒ. ij. post illi⁹ puluericatiõẽ: ⁊ aufer vomitũ eadem hora.

¶ Penid. q̃bus assueci medicus vtebat ad tussim ⁊ fluxum infir. ℞. sirupi rosati in quo plurime rose sint lib. j. coque super ignem donec coaguleẽ: postea misce gũmi arabici vsti. ℥. j. amili vsti q̃rtã partẽ. ℥. postea extẽde ⁊ fac penid.

¶ Ad cõstipationẽ: pomũ qd̃ debet in manu sua patiẽs retinere: vt odoret: ⁊ assellabit. ℞. scamonee. aloes: mirre: nigre. ʒ. j. esule collogntide. ana. ʒ. j. ⁊. s. puluericent: ⁊ cribellent per pannũ spissum ⁊ conficiant cum succo coriandri viridis ⁊ ex eo informa duo poma que patiens teneat in vtraq; manu sepe adinuicẽ mutãdo: vt per motũ calefiant: ⁊ aer fortius imutet: ⁊ sic fortiter laxabit. ¶ Sed caue q̧ precedãt aliq̃ mollificantia: vel aliqd̃ digestiuũ.

¶ Ad cõfortandũ cerebrũ ⁊ reuma intercipiendũ. ℞. spice nardi gario. laureole: cartei lignoꝝ: storacis sicce. ana. ℥. j. rute cataputie. ana. ℥. ij. piretri. ℥. iij. capita allioꝝ. x. gipsi. ℥. j. euforbij quartã partẽ. ℥. masticis. ℥. ij. olei antiq lib. s. olei cicer. nigri quantũ elicit a quatuor almudis vel asmidis: qd̃ oleũ sic fit: conquassent ciceres: ⁊ ponant in olla noua: obturet os eius postea cũ panno forti: postea accipe aliã ollam vacuam cuius orificiũ sit amplius: ⁊ fode foueam ⁊ intromitte ollam vacuam ⁊ alterã suppone ⁊ pone orificium alterius in orificiuꝫ vacue: ⁊ line luto de stercore ⁊ fac in circuitu leuem focum. qd̃ emanat: est oleum citrinum vel quousq; manet oleum a ciceribus.

¶ De medicinis que ornant faciem. Cap. ij.

Medicamen ad maculas remouendas nigras: ⁊ ad cutem subtiliandã ⁊ dlbificandã. ℞. farine lupinoꝝ quatuor partes farine fabarũ. ij. partes: farine ordei. j. partẽ: seminis rafani partem mediã: farine lentiũ: amidi. ana. partẽ vnã: orobi qd̃ dicitur carthena partẽ vnã: ⁊ dragagantũ partẽ mediam: seminis cucumeris. iij. ptes puluericent ⁊ ɔficiant cum lacte mulieris: ⁊ superponat in facie p noctem: ⁊ abluatur cũ decoctione violarũ ⁊ seminis cucumeris.

¶ Trocisci ad faciem mundificandã ⁊ cutem. Re. farine fabarum simile tritici. ana. ʒ. quatuor. croci. ʒ. j. baurach. ʒ. iij. conficiantur cuꝫ decoctione fenugreci: furfuris ordei ⁊ fiant trocisci qui desiccentur ad vmbrã: ⁊ cum volueris dissoluere: dissolue cum aqua dulci ⁊ vnge faciem.

¶ Aliud forte experimentũ. Re. lupini fabe: semen cucumeris lentiuꝫ. ana. amigdalaꝝ amararũ farine orobi partem mediam rad. cãue sicce: amidi. ana. partes tres ⁊ vnius quartam: riçi loti partẽ mediã rad. lilij celestis parteꝫ vnam: confice cum aqua furfuris: ⁊ pone super faciem p noctem: ⁊ mane ablue.

¶ Aliud faciens faciẽ rutilare expertũ. Accipe lutũ ex quo aurifabri abluunt aurum ⁊ argentũ. ʒ. viij. floris squinantis. ʒ. viij. rad. lilij cel. gũmi arabici. ana. ʒ. xij. confice cum aqua furfuris: ordei: ⁊ in forma trociscos: ⁊ sume vnum ⁊ distempera cum aqua ⁊ vnge faciem nocte ⁊ mane ablue cum aqua frigida.

¶ Aliud accipe aquam furfuris cocti spissam sicut sirupus ⁊ pulpam melonis. Et mitte in eandem aquam: ita q̧ cooperiat: ⁊ manu malaxa ⁊ expone soli ⁊ appone postea de baurach quantũ est quarta pars citruli: ⁊ dimitte sic donec exiccet: ⁊ ex eo faciẽ vnge: ⁊ mane cũ frigida ablue.

¶ Aliud faciẽs facieꝫ rubicundã sicut rosa. Recipe farine lupinorum orobi ciceris albi septem partes simula tritica partem vnam. puluerica ⁊ confice cum albumine oui ⁊ forma trocis. ⁊ pone ad vmbram paruꝫ ex eo distempera cum aqua rosarũ ⁊ faciem vnge ⁊ pmute duab⁹ horis.

¶ Medicamen ad maculas nigras mundificat cutem ⁊ colorat faciem. Re. scorie argenti aur. j. croci. ʒ. j. auripigmẽti rubei aur. s. confice cum aqua rosarum ⁊ inunge: ⁊ cum desiccatum fuerit per se cadet: ⁊ tũc accipe duas testas nouas ⁊ accipe aquam melonis ⁊ frica cũ aqua illa testas ad inuicẽ: ⁊ si nõ habes melones: accipe laccum puluere assium veterum que inueniũtur in parietibus donec inspissentur: ⁊ vnge.

¶ Aliud valens ad omnes maculas in facie: ⁊ ad vestigia variolarum. ℞. palearum veterum inuentarum in parietibus: ⁊ ossium inueniorum in parietibus. rad. cãne sicce ⁊ testas luti albi: amidi. ana. ʒ. x. lupini. ʒ. xvj. semen cucu. ʒ. j. riçi. ʒ. xx. capill. ve. ʒ. xx. aristolo. long. costi. ana. ʒ. x. cõfice cum aqua melonum: ⁊ faciem vnge ⁊ ablue post. vij. horas cum decoctione violarum.

¶ Medicamen valens ad multa: albificat faciem ⁊ rubedinem inducit: ⁊ multum durat. ℞. farine fabarum. ʒ. x farine ordei. ʒ. xx. semen cucumeris. ʒ. xv. amigdalarũm dulcium. x. ʒ. simule tritici. ʒ. xv. stercorum passerum. ʒ. viij. lupini. ʒ. vj. conficiantur cum aqua furfuris: ⁊ appone: ⁊ mane ablue cum decoctione violarum ⁊ camomille.

¶ Dixit. D. si quis acciperet semen cucumer. ⁊ pistaret cũ tritico croco: ⁊ mirra ⁊: pulpa melonis: ⁊ iformauerit trocos erunt mirabiles in abluendo feces vultus ⁊ mundificando corpus.

¶ Medicamen valens ad crossitudinem cutis faciei: ⁊ manus. ℞. cere pinguedinis yrci. ana lib. j. medulle cerui. ʒ. iiij. mirre. ℥. j. vitella ouorum. viij. lliquefiat cera cum oleo violarum ⁊ confice alias species: ⁊ pone super locum notum. Sed nota q̧ debemus vti istis medicinis precedente balneo vel ablutione cũ aqua calida donec rubet.

¶ Medicamen confortans radices capillorum mundificans caput ⁊ barbam ab humore corrupto. ℞. salis vsti puluericati tantundem çuchari conficiantur cum oleo et caput inungatur in balneo.

¶ Aliud faciens capillos odoriferos ⁊ confortans radiceç eorum. ℞. spice nardi sandali albi: costi: cardamomi: folij ana aureum vnum confice cum vino odorifero: deinde accipe ollam habentem orificium strictum in fundo perforatam quã lines intus supradicta confectione: postea suffumigabis cum mirabolanis limonis çucharo: vngula cabalina vel sandalis: ana: ⁊ cum fuerit desiccatum ex fumigio rad. ⁊ puluericabis. Postea omnia confice cum vino odorifero ⁊ iteruꝫ linias sicut prius: ⁊ suffumiga storaces siccas sandalis albis ⁊ camphora: ⁊ desiccatum vides: ⁊ ad vsum reseruabis. Ex quo parum resolues in vino ⁊ caput vnges.

¶ Medicamen faciens oriri capillos statim: ⁊ ad eorũ valens fixuram. ℞. succi foliorum salicis: succi mirte ana. ʒ. iiij. ponatur in olla super ignem leuem: ⁊ tãdiu bulliat donec remaneat tertia pars. deinde puluerica. ℥. j. laudani ⁊ mitte cum eo oleo mirte ⁊ mitte totum in simul: de quo radices capillorum inunges.

¶ Dixit Di. q̧ si caput fuerit lotum cuꝫ aqua mirte confirmat capillos: ⁊ eorum prohibet casum.

¶ Medicamen denigrās capillos: ⁊ facit eos redolere cōfortans cerebrū. ℞. papaueris nigri. ℥. ij. corticis nucum viridum. ℥. iij. laudani. ℥. ij. ligni aloes. ℥. j. gariofilorum: masticis: nucis muscate ciperi: cinamomi. ana. ℥ s. mirab. emblicorum. ℥. j. ⁊ s. nuci cipressi. ℥. iij. foliorum oliue. ij. ℥. ⁊ s. puluerisentur: ⁊ cōficiātur cū mucillagine ⁊ maluauisci: ⁊ cū quatuor aureis alcāne rubee. ℥. ij. sed primo ablue cū decoctiōe corticis nucū: ⁊ mirte: postea vngas: ⁊ suffumiga cum laudano ⁊ moretur sic per noctē: mane vnge cū oleo mirte: ⁊ sic ablue caput: ⁊ hoc est faciendū aliquibus vicibus in longo spatio temporis.

¶ Aliud denigrās capillos ⁊ faciēs pulcros: ⁊ sine nocumēto ℞. galle frixe in oleo. ℥. j. draga. ℥. j. tartari combusti. ℥. s. nucis cypressi. ℥. s. laudani aureos. iiij. cicerū nigrorum cōbustorum aureos tres. baurach aureos septem. pulueriza: ⁊ confice cum tertia parte: ⁊ ad pondus omniū alcanne: et confice cum vino odorifero: ⁊ superpone capiti per noctē ⁊ mane abluas cum iure cicerum nigrorum: ⁊ iuenies capillos nigros qd nō est faciendū nisi in longo spacio temporis. est enim expertum.

¶ Aliud denigrās capillos. ℞. succi corticis nucū viridiū ℥. iij. glandiū. ℥. vj. vini. ℥. viij. buliāt ad ignem donec remaneat tertia pars: ⁊ mitte calcanti. ℥. j. olei oliue libras. s confice: ⁊ vnge.

¶ Aliud ad hoc. ℞. succi papaueris rubei: succi nucum viridium olei mirte ter tm̄ conficiantur ⁊ vnge.

¶ Aliud denigrans capillos. ℞. galle frixe in oleo. ℥. j. alcanne. ℥. s. eris combusti. ʒ. ij. salisgēme. ʒ. ij. puluerizetur ⁊ conficiantur cum aceto mixto cum aqua calida: ⁊ superpone capiti: ⁊ desuperpone folia attriplicis. mane abluas cum viscositate maluauisci: aut psilij aut gnorum coctanorum.

¶ Aliud denigrans capillos. ℞. litargiri calcis ana. pone in. vi. libris aque: ⁊ expone soli. iij. diebus: ⁊ quotidie moueas ter: deīn inunge lanā ⁊ si nigrescit serua: sin autē mitte in aquā. vj. partē litargiri ⁊ calcis: ⁊ pone ad solem per alios tres dies ⁊ cola: ⁊ sic facies donec nigrescat lana postea cū illa aqua confice alcnam: ⁊ appone capillis.

¶ Aliud denigrās capillos qd ē mirabile i h. ℞. mirabol. ni. galle. ana. ℥. j. litargiri. aur. j. emb. ℥. j. nitri. aur. s. aluminis aur. s. eris cōbusti. aur. s. sal. gēme dragāti. ana. aur. j. puluerizent: ⁊ cōficiant cū decoctione dactilorum: ⁊ superpone capiti. est enim valde mirabilis.

¶ Aliud faciens renasci capillos in supcilijs ⁊ in barba: accipe plumbū: ⁊ fac ex eo mortariū: ⁊ pistellum: ⁊ pone intus oleum ro. ⁊ mirtinū: ⁊ pista tādiu donec mutet in col. plumbi: ⁊ fiat spissum: ⁊ inunge locum quo vis facere oriri capillos: ⁊ dimitte p noctē mane ablue.

¶ Aliud breue denigrans capillos. ℞. alcanne ossium dactilorum. ana. ꝯfice cū decoctione corticis fabarum ⁊ galle.

¶ Aliud faciens renasci capillos ⁊ pilos in supercilijs: ⁊ in barba forte ⁊ denigrans etiam. ℞. papaueris ru. foliorū mirte capil. ve. spice nardi: ciperi: feniculi: apij: emblicorum nucis cipressi ana. ℥. j. decoquantur in. iij. lib. aque donec remaneat lib. j. colla: ⁊ colature addatur. lib. j. mirte: ⁊ coque in caldario pleno vsq₃ ad cōsumptionē aque: deinde accipe corticē. pini laudani. ana. tertiā partē. ℥. puluerizentur subtilissime ⁊ mitte in oleo miscēdo vnge mane ⁊ sero

¶ Aliud breue expertum ad oriendum capillos. ℞. ossium dactilorum laudani ana puluerizetur ⁊ confice cum oleo mirte: ⁊ vnge locum.

¶ Aliud denigrans capillos: ⁊ confortans casum illorum ⁊ est breue. ℞. nucis cipressi ⁊ decoque cum vino ⁊ aceto ana. ⁊ ablue ex eo capil.

¶ Ad destructionem ortus capillorum omnino. remoue capillos de loco. postea vnge cum viscositate psilij ⁊ aceto sepe aut cum opio ⁊ aceto aut cum tartaro ⁊ melle: qd est expertum.

¶ Aliud ad idem vnge cum sanguine rane vel testudinis.

Aliud ad furfura capillorum si caput fuerit calide complexionis: accipe ciceres puluerizentur confice cū aqua lattriplicis: ⁊ caput in ea ablue.

¶ Aliud ad idem si caput fuerit frigide complexionis ablue caput cum aqua colloquintide cum aqua lupinorum aut cū aqua in qua resolutum fuerit nitrū: ⁊ fel tauri.

¶ Ad idem accipe furfuris lib. ij. remolliant in aqua p diez ⁊ noctē: postea exprime ⁊ cola. colature admisce. lib. j. aceti buliat: ⁊ ex eo caput ablue.

¶ Aliud ablue caput cum aqua atriplicum ⁊ fenugreco et vnge cum oleo lilij cel.

¶ Aliud. ℞. lupini absinthij ana. pulueriza. ⁊ confice cum aceto ⁊ caput ablue ⁊c̄.

¶ Compositio multorum oleorum. Cap. iij.

Oleum iuriulem sic fit: Acci. iuriuleni. ⁊ folia multa iecimini misce in sil. frica manu sepe vel cū ligno alio die cribra ⁊ folia sup cribrum remanebūt: iuriuleni inferius cadent postea appone alia folia ⁊ fac sicut prius per ordinē per. x. dies: postea pista iuriulē ⁊ extrahe eius oleū cum aqua calida. Et si volueris clarum facere adde parum salis puluerizati: hoc autē oleum est ca. ⁊ humidū dissoluit. ⁊ humefacit cutem ⁊ capillos: ⁊ aufert fissuras accidētes in manibus ⁊ pedibus: ⁊ valet ad pruritum siccum ⁊ ad spasmum. de inanitione ⁊ bibitum expellit lapidez a renibus. Sed nocet stomacho qm̄ remollit eius vilos propter eius humiditatē ⁊ neruos eius relaxat: ⁊ debilitat operationē virtutis retentiue: ⁊ digestiue ⁊ cito ꝯuertit in colerā: ⁊ inducit sitim.

¶ Si autem aliqs sumpserit ex eo ad pondus. ℥. ij. cū. ℥. ij. de aqua aloes ⁊. ij. ℥. passul. ieiunus valebit ad asperitatē corporis: ⁊ ad pruritū accidentē ex sanguine ⁊ flegmate salso: ⁊ si addideris. ʒ. j. penid. erit vtilius ⁊ valet senibus ⁊ frigidis a complexione: ⁊ cephalee: ⁊ iniectū in nasum valet emigranee: ⁊ torture faciei ⁊ epilēsie: ⁊ si ex eo factū fuerit emplastrū cum cera citrina ⁊ ponat super apostema durum digeret ⁊ dissoluet.

¶ Oleum rosa. fit sicut diximus in iecimino Sed amitteret virtutem: fit autē tribus modis: quorum primus est iste: Accipe olei oliue loti lib. j. ⁊ pone in vase vitreato: ⁊ pone in eo q̄rtā ptē ro. viridiū ⁊ opila caput vasis ⁊ suspēde ad solē per tres dies postea cola: ⁊ in vitro repone ⁊ iste modus est melior oibus alijs ⁊ subtilioris substantie.

¶ Secundus modus est iste: accipe oleum ⁊ ro. in eadem quātitate predicta: ⁊ suspende in puteum ita q̄ tangatur ab aqua ⁊ dimitte sic p duos mēses: deinde cola ⁊ reserua.

¶ Tertius modus sume oleū et ro. in eadez quātitate ⁊ pone in vase vitreo itus melleo illinito: ⁊ opila caput vasis: ⁊ submitte in ꝓfundo terre. in loco vbi non tāgat ab aq̄: nec alia humiditate: ⁊ dimitte sic per duos menses: ⁊ oleū sic factū magis acqrit odorem a rosis q̄₃ prima olea.

¶ Laus eius. hoc oleū habet ponticitatē mediocrē: est etiā frigidū: tm̄ eius frigiditas nō est manifesta nec eius ponticitatis. ¶ Et si aliquis sumpserit ex eo in maiori quātitate q̄₃ debeat: maxime si fuerit admixtū cū rebus mollificantibus ⁊ constrictiuis sedat oēs dolores calidos.

¶ Et si fuerit sumptū per os valebit contra arsuraz stomachi. Et similiter si ex eo stomachus fuerit vnctus. ¶ Et si sumptū fuerit cum psilio abluto: ⁊ parū ad ignem calefacto valet fluxui: ⁊ vulneribus intestinorum. Et si sumatur cū lacte caprino valet arsure vrine ⁊ vesice: ⁊ valet vlceribus renū: ⁊ calori eorum: ⁊ est mirabilis in pas. dyabetica.

¶ Et si admixtū fuerit cū aceto: ⁊ ⁊ infusum fuerit supra caput: valet cephalee ex calore solis: ⁊ fumositatibus febris ⁊ frenesi non vere: ⁊ admixtū cum aceto: ⁊ ex eo corpus inunctū valet pruritui: ⁊ scabiei.

¶ Sed hoc non debet fieri nisi post purgationē corporis: ⁊ cum capiti accidit percussio cum fractura ossis in qua appareat tela capitis tep. erit in loco san. columbe vel turturis: ⁊ sedabit dolorem ⁊ admixtū cum vitello oui decocto. Et super oculum imposito sedabit dolorem: ⁊ cerotū

factum ex eo

factum ex eo cum cera alba: et suppositum fissuris manuum ⁊ pedū curabit eas. ¶ Silr fissuris labiorū ⁊ nasi cuz succo plantaginis mixtum et ore abluto valet eius vulneribus ⁊ vesicis valet etiam combustioni ignis.

¶ Oleum viol. fit sicut ro. valet ad pruritū corpis: ⁊ membra extēdit spasmata: et lenit asperitatē: valet fissuris labiorū ⁊ nasi ⁊ cephal. ex calore et frenesi: et mixtū cū lacte mulieris statim mulcto: valet frenesi nō vere ⁊ vigilijs: ⁊ iniectū in auriculis p se solū vel cū lacte mulieris valet: ⁊ p siringā in virgā iniectū valet arsure vrine: ⁊ mixtum cū ptisana: valet tussi sicce ⁊ asptate pectoris ⁊ canne pulmonis mixtū cū cera alba: et positum super cōbustionez ignis sedat dolorē: et apostema ⁊ mixtū cum farina ordei et superpositum herisipille: vel pleuresi dolorē sedat.

¶ Oleū nenufarinuz fit sicut oleū rosaꝝ: valet ad cephal. ca. vaporib⁹ cerebrū ascēdētib⁹ vigilijs: frenesi: mixtuz cū cera alba: et oleo ros. valet apostematib⁹ stomachi ⁊ epatis calidis ⁊ vehemēti siti potatū cum psilio abluto valet vulnerib⁹ vesice ⁊ renū clistericatuz ⁊ valet arsure vrine.

¶ Oleū lilij celestis fit sicut ro. est aūt calidū ⁊ humidū vz ad dolorē stomachi: lana in eo intincta: ⁊ in matrice missa valet contractioni orificij mricis: et eius spasmo ⁊ apa[s]tibus q̄ fiunt in ea: ⁊ valet cephalee ex frigore iniectuz in auriculis valet dolori pcussionis admixtū cum litargiro. Et cerusa: inducit cutem in vulneribus senibus.

¶ Fit aūt alio modo. ℞. storacis sicce costi cāphore masticis. ʒ. s. croci aur. j. gar. cinamomi ana. ℥. s. conquassentur ⁊ ponant in vase vitreo cū oleo abluto ad pondus oium ⁊ flores lilij albi p diem vnam desiccati triginta numero pone in vmbra per tres menses: ⁊ postea vtere.

¶ Oleum mirtinum. Accipe foliorum mirti humidi lib. quattuor quassa ⁊ pone in vino die ac nocte. deinde cola: ⁊ pone in olla cum quattuor guttis olei oliue: et decoque super prunas donec consumatur vinum cola: et vtere.

¶ Fit aūt ex floribus ei⁹ sic. accipe ex eis quattuor. ℥. ⁊ pone in lib. vna olei: et suspēde ad solem duobus diebus cola: ⁊ vtere. ¶ Fit aūt ex folijs tribus modis. quorū pmus est talis. Accipe folia mirti viridis ⁊ pista: et extrahe sucū ⁊ misce cum tantūdem olei oliue: et decoque vsqz ad consumptionē succi. ¶ Secundus modus est vt decoquātur folia cum vino donec accipiat virtutē folioꝝ cola ⁊ misce cum tantūdem olei ⁊ decoque in vase duplici dōec aqua consumatur. ¶ Tertius mod⁹ est. vt accipiant folia mirti viridis: et mittantur in oleū: et exponant soli per decem dies: ⁊ vtere. valet ad fluxibilitatem stomachi: et epatis. est. n. valde ponticum et frigidum. Sed illud est melius in cuius gustu inuenitur amaritudo ⁊ viriditas: et eius dolor est sicut odor mirti: quo si corpus vngatur ꝓhibet sudorē: et ꝯfortat membra debilia: et fluxibilitatem iūcturarum: curat fissuras ani: et siccū valet cōbustioni cū cera alba: valet vulneribus oibus ex quibus manat humiditas. ⁊ positū super vulnera inducit carnem. ⁊ mixtum cū laudano ⁊ capiti suppositū facit ad ortū capilloꝝ: eoꝝ radices ꝯfortat: et ipsoꝝ ꝓhibet casū: et eos denigrat: iniectum in aures in qbus est venenū ipm desiccat.

¶ Oleum camomille sic fit. Accipe flores eius et mitte in oleū ⁊ suspēde ad solē decē dieb⁹: deinde cola et serua.

¶ Fit etiam alio modo. Accipe capita camomille viridis: et pista: et accipe succū ⁊ tātūdē olei: et decoque sup ignē in vase duplici: donec succus ꝯsumat: et remaneat oleū: et in illo oleo iteꝝ mitte succū. Et iteꝝ coque sicut prius: et hoc fac sepe donec fiat oleum valde odoriferꝝ.

¶ Valet lassitudini: et cehalee ex melancolia: et gnalr omnibus doloribus: et est ꝯueniens oibus opilationibus, et est valde subtile. Sed melius est ex quo resoluitur odor sicut odor malorum macianorum.

¶ Oleum citri nō fit multis modis. Accipe olei çābac. lib. j. corticē triū citroꝝ pone in oleo: et morentur p tres dies. postea remoue illos cortices: et appone alios: et sic facies donec tota virtus corticis mādetur in oleo. ¶ Fit etiā alio modo. Accipe citrum viride ⁊ rade eius corticē supiorez cum vitro vel ferro subtili: et pone in olla noua cū aqua rosata ⁊ oleo çambac. et decoque donec citrum albescat mandetur eius vis oleo: tunc remoueatur ab igne: et dimitte per diem: postea cola: colature adde succum cāphore: ⁊ vsui reserua. ¶ Fit etiam alio modo. Accipe citrū cū bene fuerit maturū. ⁊ rade corticem superiorē: ⁊ pone in vase suffumigato ambra: et pone in oleo ⁊ moue decē diebus: deinde cola: ⁊ adde alias rasuras vase primo suffumigato: et repone in vase stricti orificij clausi cum cera.

¶ Hoc oleū nobilissimum est ⁊ vtuntur eo reges et duces valet ad egritudines senum. et ad tremorē accidentez in quartana ⁊ quotidiana: valet ad dolorē iuncturarum. qr eadē hora facit quiescere egruz: valet paralisi: et tremori capitis cardiace ⁊ sciatice: et dolori dorsi et iniectuz in naso valet epilepsie: et emigranee.

¶ Oleum macianorum sic fit: frica inter manus mala maciana cum iuriulem.

¶ Postea extrahe oleū a viruiulē: aut accipe cortices virides ⁊ pone in oleo ⁊ suspēde ad solē donec ius macianorum mādetur oleo ꝯfortat aiam per suum bonū odorem valet egritudinib⁹ melācolie bibitū vel extra inunctuz.

¶ Oleum citonioꝝ fit duobus modis: sicut fiunt oleū macianoꝝ valet emoptoyce pas. ⁊ cephalee ⁊ catarro calido ⁊ calido apostemati epatl et fluxui cronico qui fit ex calore clistericatū valet vulneribus intestinorum manifeste.

¶ Oleum costi. Accipe costi. ʒ. xxx. et pone in vino p vnuz diem: et postea mitte lib. quattuor olei. deinde coque donec ꝯsumatur vinum cola ⁊ vtere. bibitū vel inunctū valet frigiditati stomachi et epatis: et tremori qui fit in accessionibus febrium: pulchros reddit capillos.

¶ Oleum masticis. accipe masticis. ʒ. vj. tere. ⁊ coque cuz duabus guttis olei abluti donec ꝯsumatur tertia pars. et conserua. valet ad dolorem matricis qm̄ calefacit: ⁊ adiuuat retentione mediocriter: valet fluxui cronico: et debilitati epatis: et vulneribus intestinoꝝ: et facit colorē pulchrum: et curat manuū fissuras et pedum.

¶ Oleum basiliconis gariofilati. Accipe basiliconis viridis. ℥. iij. ⁊ appone librā vnā olei ⁊ claude vas: et suspende per viginti dies. deinde cola. et reserua. et si vis facere fortius: muta basilicon in qualibet septimana. Et si volueris: suspēde ad solem. sz qd̄ suspendit in puteo est fortioris odoris. ⁊ qd̄ suspendit ad solez est subtilius: valet cardiacis ⁊ melācolicis. ꝯfortat cor: ⁊ reddit audacem.

¶ Oleum absinthij. Accipe flores virides. lib. j. ⁊ pone in tribus libris olei abluti. et suspende ad solez. hoc oleū est valde mirabile. deinde valet bibitum opilationib⁹ epatis: valet icteritie: ꝓuocat mēstrua: stomachum debilem confortat iniectum auribus interficit vermes factum ex eo cerotum et superpositum stomacho debili confortat ipsuz valet suffocationi fungi: et bibituz cū oximelle apit opilationes splenis et epatis.

¶ Oleum çirungem fit sicut oleum basiliconis valet cardiace tremori ⁊ timori bibitum aut inunctum.

¶ Oleum heris fit sicut ro. et est temperate complexionis subtile. valet fatigationi lassitudini: et cephalee que fit ex humoribus commixtis.

